Incipit Cõmune ſancto
rũ. In vigilia uni᷒ ap̃li
Introitus
E Go autẽ ſicut
oliua fructifi⸗
caui in domo
dñi ſperaui in
miſericordia dei mei: et expec
tabo nomen tuũ quoniam bo
nũ eſt ante conſpectũ ſanctorũ
tuorũ. Ps̃ Quid gloriaris in
malicia qui potens es iniqui⸗
tate. Gl̃a pr̃i. Ego autẽ. Si
fuerit dñica dr̃ Gl̃a i excel.
C Oncede nob̃ Colľ.
q̃s oĩpotẽs deus uen
turã beati ap̃li tui. A. ſo⸗
lẽnitatẽ cõgruo p̃uenire
honore: ⁊ venientẽ digna
celebrare deuotiõe. P d.
Hic pñt dici plures colľ.
ſcḋm placitũ vel exigẽtiã
Lcõ libri Sapie
B Eat᷒ homo qui
inuenit ſapiẽtiã
et qui affluit prudentia.
Melior ẽ acquiſitio eius
negotiatione argẽti ⁊ au
ri primi ⁊ puriſſimi. Fru
ctus eius p̃cioſior eſt cũc⸗
tis opibus. et oĩa que de⸗
ſiderant᷑ huic nõ valẽt cõ
parari. Longitudo dieꝝ
in dextera eius: et in ſini⸗
ſtra illi᷒ diuitie ⁊ gloria.
Vie eius vie pulcre: ⁊ om
nes ſemite illius pacifice
Lignũ vite ẽ his qui ap⸗
prehẽderint eã: ⁊ qui tenu
erit eam beatus. Dñs ſa⸗
pientia fundauit terram
et ſtabiliuit celos prudẽ⸗
tia. Sapiẽtia illi᷒ erupe⸗
rũt abyſſi: et nubes rore
ↄcreſcũt. Lcõ libri Sapie
B Enedictio dñi ſuper
caput iuſti. Ideo de
dit illi hereditatẽ: et diui
ſit ei partẽ i tribub᷒ duo⸗
decim. et inuenit gratiã
in ↄſpectu oĩs carnis. Et
magnificauit eũ i timore
inimicoꝝ: et in verbis ſu
is mõſtra placauit. Glo⸗
rificauit illũ i cõſpectu re⸗
gum: et oſtendit illi glo⸗
riam ſuã. In fide ⁊ leni⸗
tate ipſius ſanctũ fecit il⸗
lum: et elegit eũ ex oĩ car
ne. Dedit illi cor ad p̃cep
ta ⁊ legẽ vite et diſcipline
⁊ excelſum fecit illũ. Sta⸗

tuit illi teſtamẽtũ eternũ
circũcinxit eũ zona iuſti-
cie. Et induit eũ dñs co-
rona glorie. Gradua.
Iuſtus ut palma florebit ſi-
cut cedrꝰ libani multiplicabiť
ĩ domo dñi ℣ Ad annũciãdũ
mane miſericordiã tuã ⁊ veri
tatẽ tuã ꝑ noctẽ. Si fuerit
extra aduẽtũ et ſeptuage.
in dñica. tunc dꝛ Allťa. ℣
Per manꝰ cũ Seqũ. Clare
ſctoꝝ. ut ĩ i die ſctõ aptĩ in
cõi. In ſeptuage. i dñica
loco Allťa dꝛ Tracť Bea
tus vir q̃ ti. d̃. ut ĩ i die ſctõ
aptĩ fol. S. Johã.
IN. i. t. D. i. d. ſ. Ego ſũ vi-
tis vera: ⁊ p̃r meꝰ agrico-
la eſt. Oẽm palmitẽ i me
nõ ferẽtẽ fructũ: tollet eũ.
Et oẽm q̃ fert fructũ: pur
gabit eũ ut fructũ plꝰ af-
ferat. Jã vos mũdi eſtis
ꝓpter ſermonẽ quẽ locutꝰ
ſum voƀ. Manete ĩ me: et
ego in vobis Sicut pal-
mes nõ poteſt ferre fruc-
tũ a ſemetipſo: niſi mãſe-
rit in vite. ſic nec vos niſi
in me mãſeritis. Ego ſũ

vitis: vos palmites Qui
manet in me ⁊ ego ĩ eo. hic
fert fructũ multũ. q꞉ ſine
me nichil poteſtis facere.
Si q̃s in me nõ manſerit
mittetur foras ſicut pal-
mes ⁊ areſcet: ⁊ colligẽt eũ
⁊ ĩ ignẽ mittẽt ⁊ ardet Si
mãſeritis ĩ me: ⁊ ꝟba mea
in voƀ mãſerint: qd̃cũq꞉
volueritis petetis: et fiet
voƀ. Nõ dꝛ Credo niſi fue
Glťa ⁊ ho Off. rit dñica.
nore coronaſti eũ: ⁊ cõſtituiſti
eũ ſup opa manuũ tuarũ dñe
Si nõ hꝫ ꝓpriã Secreta
Accepta tibi ſit dñe nr̃e
deuotionis oblatio: ⁊ ad
aptĩcã nos faciat purio-
res venire feſtiuitatẽ P d̃
Prefa. cotidiana. Com.
Magna ẽ glťa eius ĩ ſalutari
tuo glťam ⁊ magnũ decorẽ ipo
nes ſup eũ dñe ſi nõ hꝫ ꝓpriã.
Preſta noƀ etne ſa Copl.
lutis largitor eius ubiq꞉
pia ꝓtegi orõe: cuiꝰ nata
litia ꝑ hec ſctã q̃ ſũpſimꝰ
votiuo ꝑuenimꝰ obſeq̃o
P d̃. Benedi. dño in feria.
dicit Ite miſſa eſt in dñica

**In die ſacto vnius apl'i**
**Introi.**

Michi autē
nimis ho-
norati ſūt
amici tui
de⁹: nimis
cōfortatus eſt principatus eo
rum. **pš** Dñe probaſti me et
cognouiſti me: tu cognouiſti
ſeſſionē meā **Gl'a pri et** Gl'a
in excel. **dicit' De vno apl'o**

**D** Eus qui es **Coll'.**
ſāctoꝝ tuoꝝ ſplēdor
mirabilis. quiqꝫ hūc diē
beati apl'i tui. N. marti-
rio ꝯſecraſti: da eccl'ie tue
de ei⁹ natalitio letari: vt
apud tuā miſericordiam
eius meritis ⁊ p̄cib⁹ adiu
uemur. P d. **De plurib⁹**

**O** Mnipo **apl'is Col.**
tens eterne de⁹: q̄ ec-
cleſiā tuā in apl'ica ſolidi
tate fundatā ab inferorū
eruis terrore portarum:
p̄ſta vt in tua veritate p̄-
ſiſtens nulla recipiat cō-
ſortia perfidorū P dñm

**F** Ra- **Ad Epheſios.**
tres Benedictus de-
us et pater dñi noſtri ihe
ſu xp̄i qui benedixit nos
in oī bñdictiōe ſpūali in
celeſtibus in xp̄o. Sicut
elegit nos in ipſo āte mū
di cōſtitutionē vt eſſem⁹
ſancti ⁊ imaculati in con
ſpectu eius in charitate.
Qui p̄deſtinauit nos in
adoptionem filioꝝ dei p̄
ihm xp̄m in ip̄m ſcd̄m p̄
poſitū voluntatis ſue: in
laudē glorie gr̄e ſue. In
qua gratificauit nos ī di
lecto filio ſuo: in quo ha-
bem⁹ redēptionē p̄ ſāgui
nē eius remiſſionē pctoꝝ
ſcd̄m diuitias gr̄e ſue: q̄
ſuphabūdauit in nobis
P ihm xp̄m dñm noſtrū
**De pluribus apl'is. Ad**

**I** Am nō **Epheſios**
nō eſtis hoſpites et
aduene: ſed eſtis ciues ſāc
toꝝ et domeſtici dei ſup-
edificati ſup fundamētū
apl'oꝝ ⁊ pphetaꝝ: ipo ſū-
mo angulari lapide xp̄o
iheſu In quo oīs edifica
tio cōſtructa creſcit in tē-
plū ſcm̄ in dño. In q̄ et

vos coedificamini in ha
bitaculū dei in ſpūſācto.

Lcō actuū apoſtolorum

In dieb⁹ illis. Per manus
apſtoꝝ fiebant ſigna et ꝓ
digia magna in populo
Erāt autem vnanimiter
omnes ī porticu ſalomo
nis. Ceterorū autē nemo
audebat ſe coniungere il
lis. ſꝫ magnificabat eos
populus. Magis aūt au
gebatur credentiū in do-
mino multitudo virorū
ac mulierū. ita vt in pla-
teis eijcerent infirmos: ⁊
ponerent in lectulis et in
grabatis. vt veniente pe-
tro ſaltē umbraret quēq̄
illoꝝ. Currebāt aūt oēs:
et vicinarū vrbiū habita
tores afferentes egros et
vexatos a ſpiritibus im-
mūdis qui curabāt oēs.

Conſtitues eos Gradua.
principes ſup omnem terram
memores erūt noīs tui dn̄e. ℣
Pro patribus tuis nati ſunt
tibi filii: propterea ppl'i cōfite
būtur tibi Graduale.

Nimis honorati ſunt amici
tui de⁹: nimis cōfortat⁹ ē prin
cipatus eorum. ℣ Dinumera
bo eos ⁊ ſuper arenā multipli
cabuntur Graduale.

In oēm terrā exiuit ſonus eo
rum ⁊ in fines orbis terre ver
ba eorū. ℣ Celi enarrant glo-
riā dei ⁊ opera manuū ei⁹ ānū
ciat firmamētū. Allā. ℣ Nō
vos me elegiſtis. ſed ego vos
elegi et poſui vos vt eatis et
fructū afferatis et fructus ve
ſter maneat. Allā. ℣ Per
manus aūt apſtorū fiebāt ſig
na et prodigia multa in plebe
Allā. ℣ In omnē terrā exi-
uit ſonus eorū et ī fines orbis
terre verba eorum Sequē.

Clare ſanctorū ſenatus
apſtorū princeps orbis
terrarū rectorq̄ꝫ regnorū Ec
cleſiarū mores ⁊ vita mode-
re Que ꝑ doctrinā tuā fideles
ſunt vbiq̄ꝫ. Anthiochus ⁊ re-
mus concedūt tibi petre regnī
ſoliū. Tyrannidem tu paule
alexandrinā īuaſiſti greciam.
Ethyopes horridos mathee
agnelli vellere. Qui maculas
neſciat aliquas veſtiſti candi-
do Thoma bartholomee io

hãnes philippe ſimon iacobi
qꝫ pariles. Andrea thadee
dei bellatores īcliti. En vos
oriens et occidẽs immo teres
mūdi circulus ſe patres habe
re gaudet et expectat iudices.
Et idcirco mund⁹ oīs laudes
vobis ⁊ honorẽ ſanctis debi-
tum ſupplex impendit

## De Euāgeliſtis

Iucundare
plebs fidelis: cui⁹ pater eſt ī ce
lis recolens ezechielis ꝓphete
preconia. Eſt iohãnes teſtis
ipſi ſcribens in apocalipſi: ve-
re vidi vere ſcripſi vera teſti-
monia. Circa thronū maie-
ſtatis cū ſpiritib⁹ beatis qua-
tuor diuerſitatis aſtāt aīalia
Formā primū aquilinā ⁊ ſe-
cūdū leoninā ſed humanam ⁊
bouinā duo gerūt alia. For-
me formant figurarum for-
mas euāgeliſtarum quorum
imber doctrinarū ſtillat in ec-
cleſia. Hi ſunt marcus et ma
theus lucas ⁊ quem zebedeus
pater miſit tibi deus dū laxa-
ret retia. Formam viri dant
matheo: qꝛ ſcripſit ſic de deo:
ſicut deſcendit ab eo quẽ plaſ-
mauit hominẽ. Lucas bos ē
in figura ut demõſtrat ī ſcrip-
tura hoſtiarum tangens iura
legis ſub velamine. Marcus
leo per deſertum clamans ru-
git in apertū iter facit deo cer
tum mundum cor a crimine.
Sed iohãnes al abina chari-
tatis aquilina forma fert in
diuina puriori lumine. Qua
tuor deſcribūt iſti quadrifor-
mes actus chriſti et figurāt ut
audiſti quiſqꝫ ſua formula.
Natus homo declaratur vi-
tulus ſacrificatur leo mortem
depredatur et aſcendit aquila
Ecce forma beſtialis quam
ſcriptura prophetalis notat:
ſed materialis hec eſt impoſi-
tio. Currūt rotis volāt alis
viſus lux ē diſcretalis rota ſen
ſus eſt litteralis ala contẽpla-
tio. Paradiſus his rigat vi-
ret floret fecūdatur: his habū
dat his letat quatuor flumi-
nibus. Fons eſt chriſtus hi
ſunt riui: fons eſt altus hi pro
cliui ut ſaporẽ fontis viui mi-
niſtrent fidelibus Horū riuo
debriatis ſitis creſcat charita
tis ut de fonte deitatis ſatie-
mur plenius. Horum trahat

nos doctrina viciorum de ſen-
tina ſicq; ducat ad diuina ab
ymo ſuperiꝰ Alia de Euā-
Plauſu chorꝰ geliſtis
letabūdo hos attollat
ꝑ quos mūdo ſonāt euāgelia.
Voce quorū ſalꝰ fluxit nox re
ceſſit ⁊ illuxit ſol illuſtrās oīa.
Curā agēs ſui gregis paſtor
bonus auctor legis q̄tuor in-
ſtituit. Quadri orbis ad me
delā formā iuris ⁊ cautelā per
quos ſcribi voluit Circa the-
ma generale hab; q̄ſq; ſpecia
le ſtili priuilegiū Quos deſig
nat in ꝓpheta forma pictꝰ ſub
diſcreta vultus aīalium Pel
lens nubē nr̄e molis intuet̄ in
bar ſolis iohannes in aquila.
Supra celos dū cōſcēdit ſynu
patris deph̄ēdit natū āte ſecu
la. Eſt humanū os mathei ī
humana forma dei dictātis ꝓ
ſapiam. Cuius genus ſic cō-
texit qd̓ a ſtirpe dauid exit per
carnis materiam. Ritus bo
uis luce dat̄ in qua forma fi-
gurat̄ noua xp̄s hoſtia. Ara
crucis dū māſuetꝰ hic mactat̄
ſic ⁊ vetꝰ trāſit obſeruātia Eſt
leonis rugiētis marco vultus
reſurgentis quo claret poten-
tia. Voce p̄ris excitatus ſur-
git xp̄s laureatus immortali
gloria His q̄drigis deporta
tur mūdo deus ſublimat̄ iſtis
archa vectibus Paradiſi hec
fluēta noua fluūt ſacramēta:
que irrigāt gentibꝰ. Non eſt
domus ruitura hac ſubnixa q̄
dratura hec eſt domꝰ domini
Gloriet̄ in hac domo qua be
atus viuit hō deo iūctus hoī.
His patronis adiuuemur vt
te xp̄m ſpeculemur ī celeſti cu-
ria. Vbi p̄ris vbi tui et amo-
ris ſacri frui mereamur glīa.
In lxx. loco Allīa ⁊ ſeqn̄.
De uno apl̄o. Tract.
Beatus vir qui timet dn̄m in
mādatis eius cupit nimis. ℣
Potēs ī terra erit ſemē eiꝰ ge
neratio rectorū bn̄dicetur. ℣
Glīa ⁊ diuitie ī domo eiꝰ ⁊ iu
ſticia eiꝰ manet in ſeculū ſeculi
De pluribꝰ apl̄is Trac.
Qui ſemināt in lachrimis in
gaudio metēt. ℣ Euntes ibāt
et flebāt mittētes ſemina ſua
℣ Venientes aūt veniēt cū ex
ultatiōe portātes manipulos
ſuos Scd̄m Johānem

In illo tpe Dixit ihs diſci
pulis ſuis. Hoc eſt p̄cep-
tū meū vt diligatis inui-
cem ſicut dilexi vos. Ma
iorē hac dilectionē nemo
habet vt animā ſuam po
nat quis p amicis ſuis.
Vos amici mei eſtis ſi fe
ceritis que ego p̄cipio vo
bis. Jam nō dicam vos
ſeruos. qꝛ ſeru9 neſcit qd
faciat dn̄s eius Vos aūt
dixi amicos. qꝛ oīa q̄cun
qꝫ audiui a pr̄e meo no-
ta feci vobis. Nō vos me
elegiſtis. ſꝫ ego elegi vos
ꝛ poſui vos vt eatis ꝛ fru
ctū afferatis: et fruct9 ve
ſter maneat. vt qdcūqꝫ pe
tieritis patrē in noīe meo
det vobis Scd̄m Math.
I.i.t.D.i.d.ſu. Ecce ego
mitto vos ſicut oues in
medio luporū Eſtote er-
go prudētes ſicut ſerpen
tes: ꝛ ſimplices ſicut colū
be. Cauete autē ab hoīb9
Tradēt eñ vos ī cōcilijs
et in ſynagogis ſuis fla-
gellabūt vos. Et ad p̄ſi-
des ꝛ ad reges ducemini
ꝓpter me: in teſtimoniū il
lis ꝛ gentib9. Cū aūt tra-
dent vos nolite cogitare
quō aut qd loquamini.
Dabit eñ vobis in illa
hora qd loquamini. Nō
eñ vos eſtis qui loqmi-
ni. ſed ſpūs patris veſtri
qui loquit in vobis Tra
det aūt frater fratrem in
mortē: et pater filiū: et in
ſurgēt filij in parentes: ꝛ
morte eos afficiēt. Et eri
tis odio oībus ꝓpter no-
men meū. Qui aūt pſeue
rauerit vſqꝫ in finem hic
ſaluus erit. S. Matheū.
In illo tpe. Dixit ſimō pe
trus ad ihm. Ecce nos re
liquimus oīa et ſecuti ſu
m9 te. Quid ergo erit no-
bis? Ihs autē dixit illis
Amen dico vobis qꝫ vos
qui reliqſtis oīa et ſecuti
eſtis me in regeneratione
cū ſederit filius hoīs ī ſe-
de maieſtatis ſue. ſedebi-
tis ꝛ vos ſup ſedes duo-
decim iudicātes duode-
cim tribus iſrael. Et oīs
qui reliqrit domū vel fra

tres aut ſorores aut pa-
trē aut matrē. aut uxorē.
aut filios aut agros pro
pter nomē meū centuplū
accipiet ⁊ uitā eternā poſ
ſidebit. Scd̄m iohannē
In illo tp̄e. D. i. d. ſu. Hec
mādo vobis: ut diliga-
tis inuicē. Si mūd' vos
odit: ſcitote qꝛ me priorē
voƀ odio habuit. Si de
mūdo fuiſſetis: mūd' qđ
ſuū erat diligeret. Quia
vero de mūdo nō eſtis: ſꝫ
ego elegi vos de mundo
ꝓpterea odit vos mūdus
Memētote ſermōis mei
quē ego dixi vobis: non
eſt ſeru' maior dn̄o ſuo.
Si me ꝑſecuti ſunt: ⁊ vos
ꝑſequentur. Si ſermonē
meū ſeruauerūt: et veſtrū
ſeruabūt. Sed hec oīa fa
cient vobis ꝓpter nomen
meū. qꝛ neſciūt eū q̇ miſit
me. Si non veniſſem ⁊ lo
cut' eis fuiſſem peccatum
nō haberēt. Nūc aūt excu
ſationē nō habent de pec
cato ſuo. Qui me odit: et
patrē meū odit Si opera

nō feciſſem in eis q̄ nemo
alius fecit: pctm̄ nō habe
rent. Nūc aūt ⁊ viderūt ⁊
oderūt me: ⁊ patrē meum
Sed ut impleať ſermo q̄
in lege eoꝝ ſcript' eſt: qꝛ o-
dio habuerūt me gratis
In illo tp̄e Scd̄m Lucā.
Deſignauit dn̄s iheſus
et alios ſeptuagintadu-
os ⁊ miſit illos binos an
te faciē ſuā in oēm ciuita
tem et locū quo ipſe erat
ventur'. Et dicebat illis.
Meſſis q̇dē multa: ope-
rarij autē pauci. Rogate
ergo dn̄m meſſis ut mit-
tat operarios in meſſem
Ite ecce mitto vos ſicut
agnos iter lupos Nolite
portare ſacculū neqꝫ perā
neqꝫ calciamēta: et nemi
nem ꝑ viā ſalutaueritis.
In quācūqꝫ domū itra-
ueritis primū dicite Pax
huic domui. Et ſi ibi fue
rit filius pacis requieſcit
ſup illū pax vr̄a. Sin aūt
ad vos reuerteť. In eadē
aūt domo manete eden-
tes et bibentes que apud

illos ſūt. Dignus eſt enī
operarius mercede ſua.
N.i.t.D.i.d.ſ. S. Math.
Data eſt michi oīs pote-
ſtas in celo ⁊ in terra. Eū-
tes ergo docete oēs gētes
baptiſantes eos in noīe
pr̄is et filij ⁊ ſpūſſācti: do
cētes eos ſeruare oīa que-
cūqꝫ mādaui vobis. Et
ecce ego vobiſcū ſum om
nibus diebus: vſqꝫ ad cō
ſūmationē ſeculi. Credo
dr̄ ſemꝑ de apl̄is preterq̄
in vigilijs eorūdē. Off.
Michi aūt nimis honorifica
ti ſunt amici tui deꝰ nimis con
fortatus eſt principatus eoꝝ.
In oēm terrā exiuit ſo Off.
nus eorū: et in fines orbis ter
re verba eorum Offerto.
Conſtitues eos principes ſu
per oēm terrā memores erūt
noīs tui dn̄e i oī ꝓgenie ⁊ gene
ratiōe De uno apl̄o Se.
Beati apoſtoli tui N do
mine ſolēnia recenſentes
queſumus vt eiꝰ auxilio
tua beneficia capiamus:
pro quo tibi hoſtias lau
dis offerimus. P dn̄m.

De pluribꝰ apl̄is Secre.
Munera domine que pro
apoſtolorū tuorū ſolēni
tate deferimus ꝓpiciꝰ re-
ſpice et mala omnia que
meremur auerte. P dn̄m
Prefatio de apl̄is Te do
mine ſuppliciter. niſi fuerit
īfra octauas ſolēnes aut
infra paſche et penthecoſ.
vel aſcenſioī. quia tūc dr̄
Prefatio de feſto ſolenni
aut paſchal' vel de aſcen̄.
Vos qui ſecuti eſtis Com.
me ſedebitis ſuꝑ ſedes iudicā
tes duodecim tribus iſrael di-
Amen dico Com. cit dn̄s.
vobis ꝙ vos q̄ reliquiſtis oīa
et ſecuti eſtis me centuplum ac
cipietis ⁊ vitam eternā poſſide
Dico aūt vobis Com. bitis
amicis meis ne terreamini ab
his qui vos ꝑſequūtur. De
uno apoſtolo Cōplen̄.
Beati apl̄i tui. N. dn̄e q̄s
interceſſiōe nos adiuua:
ꝓ cuius ſolēnitate percepi-
mus tua ſancta letantes
P do. De pluribꝰ apl̄is
Queſumus Complen̄.
domine ſalutaribꝰ reple-

ti miſteriis vt quoꝝ ſolē-
nia celebramus: eoꝝ ora
tionib⁹ adiuuemur. P d.
Ite miſſa eſt  dr. Itē volēs
dicere miſſam de plurib⁹
apłis peculiarē nō i feſto
legat īfraſcriptas Secre
tā ꝛ cōplendā cum ceteris
omnibus vt s̄. Secreta.
Reſpice dn̄e munera q̄ i
ſctoꝝ apłoꝝ tuoꝝ cōme
moratiōe deferim⁹: vt q̄ꝝ
honore tibi ſūt grata eo-
rū nobis fiant interceſſi-
one ſalutaria. P d. Cōpl.
Protector in te ſperātiū
de⁹ familiā tuā ꝓpici⁹ reſ-
pice: ꝛ ꝑ beatos apłos tu
os a cunctis etiā aduerſi
tatibus potentie tue bra
chio defēde. P d  De vno
martire  Introitus.
Letabitur iu-
ſtus in dn̄o et
ſperabit in eo
et laudabunť
oēs recti cor-
de. ps̄ Exaudi deus orationē
meā cū deprecor a timore ini-
mici eripe aīam meam Glā
pr̄i Glā in excel. dr nisi fue-
rit infra aduētū aut ſep-
tuageſimā. q2 tūc non dr
Glā in ex. niſi tm̄ in feſtis
duplicib⁹ ꝛ ſemiduplicib⁹
Gloria ꝛ honore corona
ſti eū dn̄e ꝛ cōſtituiſti eū
ſup opa manuū tuarum. ps̄
Dn̄e dn̄s nr̄ q̄ admirabile eſt
nomē tuum in vniuerſa terra.
Glā prī dr vt s̄  Intro.
Iuſt⁹ vt palma florebit
ſicut cedrus lybani multi
plicabiť plantat⁹ in domo dn̄i
i atriis dom⁹ dei nr̄i. ps̄ Bo
nū ē cōfiteri dn̄o ꝛ pſallere no-
mini tuo altiſſime. Glā prī.
Iuſtus nō  dr vt s̄  Intro.
conturbabiť quia dn̄s firmat
manū eius tota die miſereť et
cōmodat ꝛ ſemē eius in bene-
dictiōe erit ineternū conſerua
biť. ps̄ Noli emulari in ma-
lignātib⁹: neq3 zelaueris faciē
tes iniq̄tatē. Glā prī dr vt s̄
In virtute tua dn̄e leta-
bitur iuſtus: ꝛ ſup ſaluta
re tuū exultauit vehemēter de
ſideriū aīe eius tribuiſti ei ps̄
Quoniā ꝓueniſti eum in bene
dictionibus dulcedinis poſu-
iſti in capite eius coronā de la

pide pcioſo. Gl'a prī dr ut s.
De uno martire ꝛ nō pōtifice Collecta

DEus qui ſanctā nobis huius diei ſolēnitatem pro commemoratione beati. N. martiris tui feciſti adeſto familie tue precibus ꝛ concede ut cuius hodie feſta celebram' eius meritis ꝛ interceſſionibus adiuuemur. P dominū no. De uno martire ꝛ pontifice Collecta

INfirmitatē nr̄am reſpice oīpotēs deus: ꝛ q2 pondus ꝑrie actiōis nos grauat: bti. N. martiris tui atq3 pōtificis interceſſio glo'ſa nos protegat P d. Lcō libri ſapie.

IUſt' co2 ſuū tradidit ad vigilandū diluculo: ad dn̄m qui fecit illū: ꝛ in cōſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuū in oratione: et p delictis ſuis deprecabitur Si enim dominus magn' voluerit: ſpiritu intelligētie replebit illū. Et ipſe tanq̄ imbres mittet eloquia ſapientie ſue: et in oratione ꝯfitebitur domino Et ipſe diriget conſilium eius et diſciplinā: et in abſconditis ſuis cōſiliabit' Ipſe palam faciet diſciplinam doctrine ſue: et in lege teſtamēti domini gloriabitur. Collaudabunt multi ſapientiam eius: ꝛ uſq3 in ſeculum non delebitur. Nō recedet memoria eius: et nomen eius requiretur a generatiōe in generationē Lectio libri Sapie.

BEatus vir qui inuentus eſt ſine macula: et qui poſt aurum non abijt. nec ſperauit in theſauris pecunie Quis eſt hic et laudabimus eum. Fecit em̄ mirabilia in vita ſua. Qui probatus eſt in illo et ꝑfectus inuentus eſt: ꝛ erit illi glo2ia eterna Qui potuit tranſgredi et non eſt tranſgreſſus ꝛ facere mala et non fecit. Ideo ſta-

bilita ſũt bona illius in
dño: ⁊ elemoſinas illius
enarrabit omnis eccleſia
ſanctoꝝ. Lcõ libri Sa-
BEatus vir pientie
qui in ſapiẽtia ſua
morabit: et qui ĩ iuſticia
meditabit: et in ſenſu co-
gitabit circũſpectionem
dei. Cibabit illũ dñs pa-
ne vite et ĩtellect⁹: et aq̃ ſa
piẽtie ſalutaris potabit
illũ Et firmabit in illo ⁊
nõ flectet: et ꝯtinebit illũ
et nõ cõfundetur. et exal-
tabit illum apud proxi-
mos ſuos. Et nomĩe eter
no hereditabit illum do
minus deus noſter. Lcõ
libri Sapiẽtie. Beat⁹ ho-
mo qui inuenit ſapiẽtiã.
vt s̃ in cõi in vigilia apl̃i
fol. ccxvij. Lcõ libri Sa
IVſtus ſi morte p̃- piẽtie
occupat⁹ fuerit: ĩ refrige-
rio erit. Senect⁹ eñi vene
rabilis eſt: nõ diuturna:
neq; numero ãnoꝝ ꝯpu-
tata. Cani ſũt aũt ſenſus
hoĩs: et etas ſenectutis vi
ta ĩmaculata Placẽs deo

fact⁹ dilect⁹ ⁊ viuẽs inter
pctõres trãſlat⁹ eſt. Rap-
t⁹ eſt ne malicia mutaret
ĩtellectũ illi⁹: aut fictio de
ciperet aĩam illi⁹ Cõſum
matus in breui expleuit
tp̃a multa. Placita enim
erat deo aĩa illi⁹. ꝓpter hͦ
ꝓperauit educere illum de
medio iniquitatũ. Qm̃
grã dei et miſericordia ẽ
in ſctõs ei⁹: ⁊ reſpectus in
electos illi⁹ Lcõ libri ſa-
IVſtũ deduxit dñs piẽtie.
p vias rectas: ⁊ oſtẽdit il
li regnum dei. ⁊ dedit illi
ſciẽtiã ſctõꝝ. Honeſtauit
illũ in laborib⁹ ⁊ ꝯpleuit
labores illi⁹. In fraude
circũuenientiũ illi affuit: ⁊
honeſtũ fecit illũ. Cuſto-
diuit eũ ab inimicis: et a
ſeductorib⁹ tutauit illũ.
Et certamẽ forte dedit il
li vt vinceret et ſciret q̃m
oĩm potẽtior eſt ſapiẽtia
Hec vẽditũ iuſtũ nõ dere
liquit: ſ; a pctõrib⁹ libera
uit eum. Deſcẽditq; cum
illo in foueã. et in vincu-
lis nõ dereliquit illũ: do-

nec afferret illi ſceptrꝫ reg
ni et potẽtiam aduerſus
eos qui eũ deprimebant.
Et mendaces oſtẽdit qui
maculauerũt illum: et de
dit illi claritatẽ eternam
dñs deus noſter. Ad Ti
Cariſſime motheũ.
Memor eſto domi-
nũ iħm xp̄m reſurrexiſſe
a mortuis ex ſemine da-
uid: ſcd̄m euãgeliũ meũ i
quo laboro vſqꝫ ad vin-
cula: quaſi male operãs.
Sed verbũ dei nõ eſt alli
gatũ. Juſt⁹ de anguſtia
liberatus eſt: ⁊ tradet᷑ im
pius ꝓ eo. Jdeo oĩa ſuſti
neo ꝓpter electos: vt ⁊ ipſi
ſalutẽ ꝯſequãtur que ẽ in
xp̄o iħu cũ gloria celeſti.
Tu aũt aſſecutus es meã
doctrinã: inſtitutionẽ: ꝓ
poſitũ: fidẽ: longanimi-
tatẽ. dilectionẽ: patiẽtiã:
ꝑſecutiões. paſſiones. q̃-
lia mihi facta ſunt antio
chie: ychonij: lyſtris. qua
les ꝑſecutiões ſuſtinui: ⁊
ex oĩbus eripuit me dñs.
Et oẽs qui volunt pie vi
uere in chriſto iheſu: ꝑſe-
cutionẽ patient᷑. Ad Thi
Chariſſime motheũ
Teſtificor corã deo
et xp̄o iheſu: qui iudicatu
rus eſt viuos ⁊ mortuos
et aduentũ ipſius et reg-
nũ eius: p̄dica verbũ: in-
ſta oportune. iportune.
Argue: obſecra: increpa
in oĩ patiẽtia ⁊ doctrina.
Erit eñ tẽpus cũ ſanam
doctrinã nõ ſuſtinebunt
ſed ad ſua deſideria coa-
ceruabũt ſibi magiſtros
pruriẽtes aurib⁹. Et a ve
ritate q̇dẽ auditũ auertẽt
ad fabulas aũt ꝯuertent᷑
Tu vero vigila: ĩ oĩb⁹ la-
bora: opus fac euãgeliſte
miniſteriũ imple. ſobri⁹
eſto. Ego eñ iam delibor
et tẽp⁹ reſolutiõis mee in
ſtat. Bonũ certamẽ certa
ui. curſũ ꝯſũmaui. fidem
ſeruaui De reliq̊ repoſita
eſt michi corona iuſticie
quã reddet mihi dñs ĩ il-
la die iuſt⁹ iudex Nõ ſolũ
ãt mihi: ſꝫ ⁊ his q̇ diligũt
aduẽtũ ei⁹. Ad Thimoth

Chariſſime. Nemo
militās deo impli
cat ſe negotijs ſecularib⁹
ut ei placeat cui ſe ꝓbauit
Nā ⁊ qui certat in agone
nō coronabiť: niſi qui le-
gitime certauerit. Labo
rantē agricolam oportꝫ
primū de fructib⁹ ꝑcipe.
Intellige que dico. Da-
bit eñi tibi dñs in oībus
intellectum Memor eſto
dñm ihm xp̄m reſurrexiſ
ſe a mortuis ex ſemīe da-
uid ſcd̄m euāgeliū meū.
In quo laboro uſqꝫ ad
uincula q̄ſi male operās
ſed uerbū dei non eſt alli-
gatū. Ideo oīa ſuſtineo
ꝑpter electos: ut et ipſi ſa-
lutē ꝯſequātur: que eſt in
chriſto iheſu cū gloria ce
leſti Lcō libri Sapiētie
Confitebor tibi dñe rex
ut ī in cōī de virginibus
foř. Graduale
Poſuiſti dñe ſup caput ei⁹ co
ronā de lapide ꝑcioſo. ℣ Deſi
deriū aīe eius tribuiſti ei ⁊ uo
lūtate labioꝝ ei⁹ nō fraudaſti
Beat⁹ uir qui timet Gr. cū.

dominū in mādatis eius cu-
pit nimis. ℣ Potēs in terra
erit ſemen eius generatio rec-
torum beuediceur Grad⁹
Domine preueniſti eū in be-
dictōibus dulcedinis poſuiſti
iu capite eius coronam de la-
pide precioſo. ℣ Uitam pe-
tiit et tribuiſti ei longitudinē
dierū in ſeculū ſeculi. Grad.
Iuſtus non cōturbabiť quia
domin⁹ firmat manū eius. ℣
Tota die miſereť ⁊ cōmodat ⁊
ſemen eius in benedictiōe erit
Iuſtus ut palma Gradua.
florebit ſicut cedr⁹ libani mul
tiplicabitur in domo dñi. ℣.
Ad annūciandum mane miſe
ricordiam tuam et ueritatem
tuam per noctem. Alleluia.
℣ Iuſtus ut palma florebit
et ſicut cedrus multiplicabiť.
Alľa ℣ Iuſtus germinabit
ſicut lilium et florebit ineter-
num ante dominū Alleluia.
℣ Iuſtus non conturbabitur
quia domiuus firmat manū
eius. Alleluia. ℣ Letabitur
iuſtus in domino et ſperabit
in eo et laudabūtur omēs rec
ti corde. Alľa. ℣ Corona au

rea ſuper caput eius expreſſa ſigno ſanctitatis glorie hono ris. Alla ℣ Glã ⁊ honore coronaſti eum dñe: et cõſtituiſti eum ſup opera manuũ tuarũ Alla. ℣ Poſuiſti dñe ſuper caput eius coronam de lapide precioſo. Alleluia. ℣ Beat⁹ vir qui ſuffert tẽptatione quoniã cũ probat⁹ fuerit accipiet coronã vite. Alla. ℣ Beat⁹ vir qui timet dominũ in mandatis ei⁹ cupit nimis. Si fuerit feſtũ nouẽ lectionũ et non habuerit ꝓpriam vel officiatũ ĩ dñica Seqũ.

Agone triumphali militum regis ſummi dies iſte celebris. Eſt populis xp̃o regi credulis. Hi delectamentum reſpuerant mũdanorum Et crucem tũc turpem quotidie baiularũt Hos nullius feritas a chriſto ſeparat. Quin ad eum mortibus millenis ꝓperẽt. Non carcer vllus aut cathena molliũt fortia in chriſto pectora. Sed nec ferarum morſus diri martirum ſolidũ excauant animũ. Non iminens capiti gladius territat. Fortiſſimos milites optimi domini. Nunc manu dei cõplexi perſequentium inſultãt furoribus quondam crudelibus. Et plebi chriſto ſolamen ſuppeditant in cunctis laboribus lubricã ſeculi. Vos chriſti martires. Nos valde fragiles Precibus nos iuſto iudici ſinceris iugiter cõmendate In ſeptuageſima loco Alleluia ⁊ ſequentie dicitur Tractus

Deſiderium anime eius tribuiſti ei et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣ Quoniam preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis ℣ Poſuiſti ſup caput eius coronam de lapide precioſo.

Secundum Matheum.

In illo tempore Dixit iheſus diſcipulis ſuis. Si qs vult poſt me venire abneget ſemet ipſum et tollat crucẽ ſuam et ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere: perdet eam. Qui autem per-

diderit animã ſuam pro
pter me: inueniet eã. Quid
enĩ ꝓdeſt homini ſi mun
dũ uniuerſum lucret᷑. ani
me vero ſue detrimẽtum
patiatur? Aut quam da
bit hõ ꝯmutationẽ ꝓ aĩa
ſua? Filius enĩ hoĩs ven
turus eſt in gloria pr̃is
ſui cũ angelis ſuis: ⁊ tũc
reddet unicuiq; ſcd̃m ope
ra eius. Amẽ dico vobis
ſunt quidã de hic ſtanti-
bus q̇ nõ guſtabũt mor-
tem donec videãt filium
hoĩs veniẽtem in regno
ſuo.

Scd̃m Lucam.

IN illo tp̃e Dixit iħs diſci
pulis ſuis Si quis venit
ad me ⁊ nõ odit patrẽ ſu-
um ⁊ matrẽ ⁊ vxorẽ ⁊ fili-
os ⁊ fratres ⁊ ſorores. ad
huc aũt ⁊ aĩam ſuam: nõ
poteſt meus eſſe diſcipu-
lus. Et qui non baiulat
crucẽ ſuã ⁊ venit poſt me:
nõ poteſt meus eſſe diſci-
pulus. Quis enĩ ex vobꝫ
volens turrim edificare
nõ prius ſedens cõputat
ſumpꝰ qui neceſſarij ſũt
ſi habeat ad ꝑficiẽdum?
Ne poſtea ꝙ̄ poſuerit fũ-
damentũ ⁊ non potuerit
ꝑficere: omnes qui vidẽt
incipiant illudere ei dicẽ
tes. q: hic hõ cepit edifica
re et nõ potuit ꝯſumma-
re. Aut quis rex iturꝰ cõ-
mittere bellum aduerſus
aliũ regẽ: nõ ſedẽs prius
cogitat ſi poſſet cũ decem
milibus occurrere ei qui
cũ viginti milibus venit
ad ſe? Alioquin adhuc il
lo longe agẽte legationẽ
mittens rogat ea que pa
cis ſunt. Sic ergo oĩs ex
vobis qui nõ renũciat oĩ
bus que poſſidet: nõ po-
teſt meus eſſe diſcipulus
Bonum eſt ſal. ſi aũt eua
nuerit in quo cõdiet᷑? Ne
q; in terrã neq; in ſterqui
linium utile eſt. ſed foras
mittet᷑. Qui habet aures
audiẽdi audiat.

Scd̃m Lucã.

IN illo tp̃e. Dixit
iħs diſcipulis ſuis. Qui
vos audit me audit. Et
qui vos ſpernit me ſper-
nit. Qui autẽ me ſpernit

ſpernit eum qui me miſit
Reuerſi ſunt aũt ſeptua-
gintaduo cũ gaudio di-
centes. Dñe: etiam demo
nia ſubijciũtur nobis in
noĩe tuo. Et ait illis. Vi-
debam ſathanã ſicut ful
gur de celo cadentem Ec
ce dedi vobis poteſtatem
calcandi ſupra ſerpentes
et ſcorpiones. et ſup̃ om-
nem virtutem inimici: et
nichil vobis nocebit. Ve
rũtamen in hꝭ nolite gau
dere: qꝛ ſpũs vobis ſubij
ciuntur. Gaudete autẽ ꝙ
noĩa veſtra ſcripta ſũt in
celis. Secũdũ Lucam
N. i. tẽ. D. i. d. ſ. Ponite in
cordibus vr̃is nõ p̄medi
tari queadmodũ reſpon
deatis Ego enĩ dabo vo
bis os ⁊ ſapientiã cui nõ
poterũt reſiſtere ⁊ ꝯtradi
cere oẽs aduerſarij veſtri
Trademini aũt a parẽti
bus ⁊ fratribus ⁊ cogna
tis ⁊ amicis: et morte affi
cient ex vobis. Et eritis
odio oĩbus ꝓpter nomen
meum. Et capillus de ca
pite vr̃o nõ peribit. In
patiẽtia veſtra poſſidebi
tis aĩas veſtras Scd̃m
N. i. t. P. i. d. ſ. Matheũ.
Nolite arbitrari qꝛ vene
rim mittere pacẽ in terrã
Nõ veni pacẽ mittere ſed
gladiũ. Veni enĩ ſepara-
re hoĩem aduerſus patrẽ
ſuũ: et filiã aduerſus ma
trẽ ſuã: ⁊ nurũ aduerſus
ſocrũ ſuã. Et inimici ho-
minis domeſtici eiꝰ Qui
amat patrẽ ſuũ et matrẽ
plus ꝙ me: nõ eſt me dig
nus. Et qui amat filium
aut filiam ſup me: nõ eſt
me dignus. Et qui nõ ac
cipit crucẽ ſuã et ſequitur
me nõ eſt me dignꝰ. Qui
inuenit aĩam ſuam: ꝑdet
eam Et qui ꝑdiderit ani
mã ſuã ꝓpter me: ĩueniet
eam. Qui recipit vos me
recipit. Et qui me recipit
recipit eum qui me miſit
Qui recipit ꝓphetã in no
mine ꝓphete: mercedẽ pro
phete accipiet. Et qui reci
pit iuſtũ ĩ noĩe iuſti: mer-
cedẽ iuſti accipiet. Et qui

cunq̃ʒ potum dederit uni
ex minimis iſtis calicem
aq̃ frigide tãtũ in noı̃e di
ſcipuli. Amẽ dico vobis
nõ pdet mercedem ſuam
A. i. tẽ. Scd̃m Matheũ
I. i. d. ſ. Nihil opertũ qd̃
nõ reueleť: ꝛ occultum qd̃
nõ ſciať. Qd̃ dico vobis
in tenebris: dicite ĩ lumı̃e
et qd̃ in aure auditis p̃di
cate ſup tecta. Et nolite ti
mere eos qui occidũt cor
pus: aı̃am aũt nõ poſſũt
occidere. Sʒ potius eũ ti
mete: qui poteſt ꝛ aı̃am et
corpus pd̃ere in gehẽnã.
Nonne duo paſſeres aſſe
veneũt: et un⁹ ex illis non
cadet ſup terrã ſine patre
veſtro. Veſtri autẽ et ca
pilli capitis oẽs numera
ti ſunt. Nolite ergo time
re: multis paſſerib⁹ meli
ores eſtis vos. Ois ergo
qui cõfitebiť me corã ho
minibus: ꝯfitebor et ego
eũ corã patre meo qui in
celis eſt. Scd̃m Iohãnẽ.
I illo tp̃e Dixit ihs̃ diſci
pulis ſuis. Amen amen

dico vobis. Niſi granũ
frumẽti cadens in terrã
mortuũ fuerit: ipſum ſo
lum manet. Si aũt mor
tuũ fuerit multũ fructũ
affert. Qui amat animã
ſuã pdet eam Et qui odit
aı̃am ſuã ĩ hoc mũdo in
vitã eternã cuſtodit eam
Si quis mihi miniſtrat
me ſequať. Et ubi ſũ ego
illic et miniſter meus erit
Si qs michi miniſtraue
rit: honorificabit eũ pr̃
me⁹ q̃ eſt in celis. Nõ diciť
Credo niſi fuerit patron⁹
vel in dñica aut infra oc
tauas ſolẽnes Offerto.
Gloria ꝛ honre coronaſti eũ
et cõſtituiſti eum ſuper opera
manuũ tuarũ domine Off.
Poſuiſti dñe in capite ei⁹ co
ronam de lapide precioſo: vi
tam petiit a te et tribuiſti ei.
In virtute tua dñe le Offer.
tabitur iuſtus et ſup ſalutare
tuũ exultabit vehementer: de
ſideriũ anime eius tribuiſti ei
Deſideriũ aı̃e eius Offer.
tribuiſti ei dñe: et volũtate la
biorum eius nõ fraudaſti eũ.

posuisti in capite eius coronā
de lapide precioso. De mar
tire ꝛ nō pōtifice Secre.
Accipe dn̄e munera q̄s
dignāter oblata: et beati
N. martiris tui suffragā
tibꝰ meritis: ad nr̄e salu-
tis auxiliū ꝑuenire ꝯcede
P d. De uno marti. ꝛ pō-
Intercessio tifice Secre.
dn̄e q̄s sācti pontificis et
martiris tui. N. munera
nr̄a ꝯmēdet: nosqꝫ eiꝰ ve-
neratōe maiestati tue red
dat acceptos. P d. Prefa
tio cotid. dr̄ sp siue fuerit
dn̄ica siue feria etiā in q̄-
dragesima. excepto qn̄ fu
erit infra octās solēnes
aut infra pasce ꝛ ascēn. qꝛ
tūc dr̄ Prefa. de festo solē-
ni aut pascal' vel ascēsio.
Qui vult venire post Com.
me abneget semetipsum et tol
lat crucē suā ꝛ seq̄t me. Com.
Qui michi ministrat me seq̄-
tur: et vbi ego sum illic et mi-
nister meus erit Com.
Magna est gloria eius in sa-
lutari tuo: gloriā et magnum
decorē impones suꝑ eum dn̄e

Posuisti dn̄e in capi Com.
te eiꝰ coronā de lapide p̄cioso.
De martire ꝛ nō pōtifice
Quesumus oīpo Cōpl.
tens deus: ut qui celestia
sacramēta ꝑcepimus: in-
tercedente beato. N. mar
tire tuo: ꝑ hec contra oīa
aduersa muniamur. P d.
De martire et pontifice.
Refecti par Complēda
ticipatiōe muneris sacri
q̄sumus dn̄e deus noster
vt cuius exequimur cul-
tū: sentiamꝰ effectū P do.
Jte missa est dicit'. vel Bene
dicamus dn̄o scd̄m exigen-
tiam. Jtē de vno marti-
re et Cōfessore. aut Mar-
tire et Cōfessoribus vna
die seruādis. Aut Mar-
tire ꝛ Virgine. aut Mar-
tire ꝛ Virginibꝰ vna die
seruādis. Seruabit' Jn-
troitus. Officiū cū Coll'.
Secreta et Complen̄. per
totū vt infra proxime in
ꝯmuni ꝯfessorū habetur
in fine fol. Jtem
volens dicere missam pe
culiarem de vno martire

non in feſto legat infra
Pꝛeſta q̄ ſcriptas Coll'.
ſumus oipotēs deus:ut
qui beati N. martiris na
talicia colimus:interceſ-
ſione eiꝰ in tui nois amo
re roboꝛemur P d. Secre.
Oblatis domīe placare
muneribus:ꝛ intercedēte
beato. N. martire tuo: a
cūctis nos defēde pericu-
lis Per dn̄m Complen̄.
Sit nobis domīe repara
tio mētis et coꝛpis celeſte
miſteriū:ut cuiꝰ exeq̄mur
actionē:ſentiamus effec-
tū P do. De pluribus
martiribus Introitus
Intret in con-
ſpectu tuo do
mine gemitus
cōpeditorum
redde vicinis
nr̄is ſeptuplū in ſinu eorū:vin
dica ſanguinē ſanctorū tuorū
qui effuſus eſt. ps Deus vene
rūt gentes in hereditatē tuā:
polluerunt tēplum ſanctū tuū
Gl'a pri. Gl'a i excelſis dicit
niſi fuerit infra aduentū
aut ſeptuageſimā. qꝛ tūc
nō d' Gl'a in excel. niſi tātū
in feſtis duplicibus ꝛ ſe-
miduplicibus. Introi.
Clamauerūt iuſti et dn̄s
exaudiuit eos: ꝛ ex oībꝰ
tribulatioībus eorū liberauit
eos. ps Bn̄dicā dn̄m in omi
tpe ſemꝑ laus eius in ore meo
Gl'a pri d' ut s̄ Introit'
Sapientiā ſanctorū nar-
rant populi et laudē eoꝝ
nūciat eccleſia:noīa autē eorū
viuent in ſeculum ſeculi. ps.
Exultate iuſti in domino rec-
tos decet collaudatio. Gl'ia
patri dicit ut s̄ Introi.
Multe tribulationes iu-
ſtorum et de his omni-
bus liberauit eos dn̄s. dn̄s cu
ſtodit omnia oſſa eorū unum
ex his non cōteretur. ps Bn̄
dicam dn̄m in omni tpe. ſemꝑ
laus eius in ore meo Gloria
pri dicit ut s̄ notatum eſt
Iudicant Introitus
ſancti gentes ꝛ dominā-
tur populis regnabit dominꝰ
deus illorum in perpetuū. ps
Exultate iuſti in domino rec-
tos decet collaudatio. Gl'ia
pri d' ut s̄ notat' Intro.

Iuſti epulent et exultent in con
ſpectu dei delectentur in leti-
tia. ps Exurgat deus et diſ-
ſipent inimici ei' ⁊ fugiant qui
oderūt eū a facie ei'. G ꝉa pri
ḋꝛ ut ſ notat. Introit'.

Salus aūt iuſtorū a dño
et ꝓtector eorū in tēpore
tribulationis. ps Adiuuabit
eos dñs et liberauit eos G ꝉa
pri ḋꝛ ut ſ Introitus.

Timete dñm oēs ſcti ei'
qm̄ nichil deeſt timenti
bus eū: diuites eguerunt ⁊ eſu
rierūt: inquirētes autem dñm
non deficient omni bono. ps
Benedicam dñm in omni tꝑe
ſemper laus eius in ore meo.
G ꝉa pri ḋꝛ ut ſ De pluri
bus martirib' Collec.

Omnipotēs ſempiter
ne deus: qui ꝑ glori-
oſa bella certaminis ad
imortalitatis triūphos
ſanctos martires .N. ex-
tuliſti: da cordibus no-
ſtris dignā pro eorū cō-
memoratiōe letitiam: ut
quorū paſſionē pio amo
re ꝯplectimur: eoꝝ preci-
bus adiuuemur. P dñm

Ad Hebreos.

Fratres. Sācti ꝑ
fidē vicerunt reg
na: operati ſūt iuſticiam
adepti ſunt repromiſſio
nes. Obturauerūt ora le
onū: extinxerunt impetū
ignis. effugauerunt aciē
gladij. Cōualuerūt de in
firmitate: fortes facti ſūt
in bello. Caſtra verterūt
Exterorū: acceperūt mu-
lieres de reſurrectiōe mor
tuos ſuos. Alij aūt diſtē
ti ſūt nō ſuſcipiētes redē
ptionē ut meliorē inueni
rent reſurrectionem. Alij
vero ludibria et verbera
experti ſunt: inſup ⁊ vin-
cula ⁊ carceres. Lapida-
ti ſunt. ſecti ſunt. tempta-
ti ſunt. in occiſiōe gladij
mortui ſunt. Circuierūt
in melotis in pellibus ca
prinis. Egentes anguſti
ati: afflicti: quib' dignus
nō erat mūdus. In ſoli-
tudinibus errantes: et in
montibus: et in ſpelūcis
et in cauernis terre. Et hi
omēs teſtimonio fidei ꝑ

bati inuēti ſunt. In xpo
ihu dño nro Ad hebre.

Fratres. Rememorami
ni priſtinos dies in
quibus illuminati mag
num certamen ſuſtinui-
ſtis paſſionū. In altero
qdē opprobrijs ⁊ tribula
tionibus ſpectaculū facti:
in altero aūt ſocij taliter
conuerſantiū effecti. Nā et
vinctis ꝯpaſſi eſtis: ⁊ ra-
pinā bonorū vrorū cum
gaudio ſuſcepiſtis: cog-
noſcētes vos habere me-
liorē ⁊ manētē ſubſtātiā.
Nolite itaqꝫ amittere cō
fidentiā vrām: q̄ magnā
habet remunerationem.
Patiētia enī vobis neceſ
ſaria eſt vt voluntatē dei
facientes reportetis ꝓmiſ
ſionē. Adhuc enī modi-
cū aliquātulū qui ventu
rus eſt veniet et nō tarda
bit. Iuſtus aūt meus ex
fide viuit Ad Corinth.

Fratres. Spectaculū
facti ſum⁹ huic mun
do: et angelis et homini-
bus Nos ſtulti ꝓpter chri
ſtum: vos autē prudētes
in xpo Nos infirmi: vos
aūt fortes. Vos nobiles
nos aūt ignobiles: vſqꝫ
in hāc horā et eſurimus
et ſitim⁹: et nudi ſumus
et colaphis cedimur: ⁊ in
ſtabiles ſum⁹: et labora-
mus operātes manibus
nrīs. Maledicimur ⁊ be-
nedicimus Perſecutionē
patimur: et ſuſtinemus.
Blaſphemamur et obſe-
cram⁹. Tanq̄ purgamēta
hui⁹ mūdi facti ſum⁹ oīm
pypſima vſqꝫ adhuc Nō
vt ꝯfundam vos hec ſcri
bo: ſꝫ vt filios meos cha-
riſſimos moneo In xpo
ihu dño nro. Ad Corin
thios.

Fratres Benedic
tus de⁹ et pater dñi
noſtri ihu xpi: pater miſe
ricordiarū et de⁹ totius
ꝯſolatiōis: qui ꝯſolatur
nos in omni tribulatiōe
noſtra: vt poſſimus ⁊ ip-
ſi ꝯſolari eos qui in om-
ni preſſura ſunt ꝑ exhor-
tationē q̄ exhortamur ⁊
ipſi a deo. Quoniā ſicut

habūdant paſſiones xp̄i
in nobis. ita ⁊ p̄ xp̄m ha-
būdat ꝯſolatio nr̄a. Si-
ue aūt tribulamur ꝑ vr̄a
exhortatiōe et ſalute. Si
ue ꝯſolamur ꝑ vr̄a cōſo-
latiōe Siue exhortamur
ꝑ vr̄a exhortatiōe ⁊ ſalu-
te q̄ operat̄ intollerantiā
earūdē paſſionū quas et
nos patimur Et ſpes no
ſtra firma eſt pro vobis:
ſciētes qm̄ ſicut ſocij paſ
ſionū eſtis: ſic eritis ⁊ cō-
ſolationis In xp̄o iheſu
dn̄o nr̄o. Lcō ep̄le bti Pe-
tri ap̄li

Chariſſimi
Bn̄dict' de' ⁊ pater
dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i: qui ſcd̄m
magnā miſericordiā ſuā
regenerauit nos in ſpem
viuā p̄ reſurrectionē ih̄u
xp̄i ex mortuis in heredi-
tatē incorruptibilē ⁊ icō-
taminatā ⁊ imarceſſibilē
cōſeruatā in celis: in nob̄
qui in virtute dei cuſtodi
mini p̄ fidē: in ſalutē pa-
ratā reuelari i tp̄e nouiſ-
ſimo. In quo exultabi-
tis modicū nūc ſi oportꝫ
ꝯtriſtari in varijs tēpta-
tionib': ut ꝓbatio vr̄e fi-
dei multo p̄cioſior ſit au
ro qd̄ p̄ ignē ꝓbat̄. Chri-
ſto igit̄ paſſo in carne: et
vos eadē cogitatione ar-
mamini. Quia q̄ paſſus
eſt in carne deſijt a pecca
tis: ut iā nō hoīm deſide-
rijs. ſꝫ volūtati dei qd̄ re-
liquū ē i carne viuat tp̄is

Lcō li. Apoca. b. Jo. ap.

IN dieb' illis. Reſpōdens
unus de ſenioribus dixit
mihi. Hi qui amicti ſunt
ſtolis albis q̄ ſūt et unde
venerūt? Et dixi illi Dn̄e
mi tu ſcis. Et dixit mihi
Hi ſūt q̄ venerūt de tribu
latione magna ⁊ lauerūt
ſtolas ſuas et dealbaue-
rūt eas in ſāguine agni.
Ideo ſūt āte thronū dei
et ſeruiūt ei die ac nocte in
tēplo ei'. Et q̄ ſedet i thro
no hītabit ſup illos. Nō
eſuriēt neqꝫ ſitiēt āplius
neqꝫ cadet ſuper illos ſol
neqꝫ vll' eſtus Qm̄ agn'
qui in medio throni eſt re
get illos: et deducet eos

ad vite fontes aquaꝝ Et
abſterget deꝰ oēm lachri-
mā ab oculis eorū. Lcō
lib. Sapie.
Expecta-
tio iuſtorum leticia
ſpes aūt impioꝝ peribit.
Fortitudo ſimplicis vi-
ta dñi: ⁊ pauor his q̄ ope
rant̄ malū. Iuſtꝰ ineter-
nū nō ꝯmouebit̄. ipij nō
habitabunt in terra. Os
iuſti parturit ſapiētiam
lingua prauorū peribit.
Labia iuſti ꝯſiderāt pla
cita: os ipiorum ꝑuerſa.
Simplicitas iuſtoꝝ diri
get eos: ⁊ ſupplātatio per
verſorum vaſtabit illos
Iuſticia rectorū libera-
bit eos: ⁊ in inſidijs ſuis
capient̄ iniqui. Iuſtꝰ de
anguſtia liberatus eſt: et
tradet̄ impiꝰ ꝓ eo. Simu
latoꝛ oꝛe decipit amicum
ſuū: iuſti aūt liberabunt̄
ſciētia. In bonis iuſtoꝝ
exaltabit̄ ciuitas: ⁊ i ꝑdi
tione ipioꝝ erit laudatio
In bñdictiōe iuſtorum
exaltabit̄ ciuitas Lcō li.
Iuſtorū aīe i manu Sap̄.

dei ſunt: et nō tāget illos
toꝛmētū malicie Viſi ſūt
oculis inſipiētiū mori: ⁊
exiſtimata ē afflictio exi-
tus illoꝝ ⁊ q̄d a nob̄ ē iter
extermini: illi āt ſūt i pa
ce. Et ſi corā hoībꝰ toꝛmē
ta paſſi ſūt: ſpes illorū i-
mortalitate plena eſt In
paucis vexati. in multis
bñ diſponēt̄. qm̄ deꝰ tēp-
tauit illos ⁊ īuenit illos
dignos ſe Tanq̄ aurū in
fornace ꝓbauit illos. ⁊ q̄
ſi holocauſta hoſtie acce
pit illos. et in tēpore erit
reſpectꝰ illoꝝ Fulgebunt
iuſti et tanq̄ ſcintille i arū
dineto diſcurrent. Iudi
cabūt nationes et domi-
nabūtur populis. Et re-
gnabit dominus illorū
in ꝑpetuū. Lcō li. Sapi
entie.
Iuſti aūt in perpe-
tuū viuent: et apud dñm
eſt merces eorū: et cogita
tio illoꝝ apud altiſſimū
Ideo accipiēt regnū de-
coris et diadema ſpeciei
de manu dñi. Qm̄ dex-
tera ſua teget eos: et bra-

chio ſancto ſuo defendet
illos. Accipiet armatu-
rã zelus illi⁹: et armabit
creaturã ad ultionẽ ini-
micoꝝ. Induent ꝓ tho-
race iuſticiã: et accipiet ꝓ
galea iudiciũ certũ. Su-
met ſcutũ inexpugnabi-
le equitatẽ: ibũt directe ꝑ
miſſiones. Et ad certũ lo
cũ deducet illos dñs de⁹
noſter. Lcõ li. Sapiẽtie

HJ ſũt viri miſericor
die: quorum iuſticie
obliuionẽ nõ acceperunt
Cũ ſemine eorũ ꝑmanẽt
bona. hereditas ſancta
nepotes eoꝝ. Et in teſta-
mentis ſtetit ſemen eorũ.
et filie eoꝝ ꝓpter eos uſqꝫ
ineternũ manẽt. Genera
tio eorũ ꝛ gloria eorũ nõ
derelinquet. Corpora eo
rũ in pace ſepulta ſunt: et
noĩa eorũ viuent in ſecu-
la. Sapientiã eorũ nar-
rabũt oẽs populi: et lau-
dem eorũ ꝓnũciat oĩs ec
cleſia ſctõꝝ Lcõ li. Sapie

LIngua ſapiẽtiũ or
nat ſcientiã: os fa-
tuorũ ebulit ſtulticiam.
In omni loco oculi dñi
ꝯtemplant bonos ꝛ ma
los. Lingua placabilis
lignũ vite: que autẽ imo-
derata eſt ꝯteret ſpm̃. Do
mus iuſti plurima forti
tudo: et in fructib⁹ impij
ꝯturbatio. Labia ſapiẽ-
tiũ diſſeminabũt ſciẽtiã.
cor ſtultoꝝ diſſimile erit
Victime ipioꝝ abhomi-
nabiles dño: vota iuſto-
rũ placabilia. Qui ſeqt
iuſticiã diligit a domio.

MEtuẽtes Lcõ li. Sa.
dñm ſuſtinete miſe-
ricordias ei⁹: ꝛ non deflec
tatis ab illo ne cadatis.
Qui timetis dñm credite
illi: ꝛ non euacuabit mer
ces vr̃a. Qui timetis do-
minũ ſperate i illũ: ꝛ i ob
lectatõe ei⁹ veniet vob mi
ſericordia. Qui timetis
dñm diligite illũ: et illu-
minabũt corda vr̃a Reſ-
picite filij natiões homi-
nũ: et ſcitote quia nullus
ſperauit in dño ꝛ ꝯfuſus
eſt: permãſit in mãdatis

eius ⁊ derelictus eſt. Aut
quis inuocauit illū ⁊ de-
ſpexit eū. Qm̄ pius ⁊ mi-
ſericors eſt dn̄s deus nr̄.

Lc̄o libri Sapiētie

REddet deus merce-
dem laboꝝ ſctōꝝ ſuorū
et deducet illos in via mi
rabili. Et fuit illis in ve-
lamēto diei: et in luce ſtel
larū nocte. Tranſtulit il-
los p mare rubrū: ⁊ trāſ-
uexit eos p aquā nimiā.
Inimicos aūt illorū di-
merſit in mare: et ab alti
tudine inferorum eduxit
illos. Ideo iuſti tulerūt
ſpolia impioꝝ: ⁊ decanta
uerūt dn̄e nomen ſanctū
tuū. Et victricē manū tu
am laudauerunt pariter
dn̄e deus noſter

Lc̄o libri Sapie

Qui timēt
dn̄m nō erūt incredi
biles verbo illius: et qui
diligūt illū cōſeruabunt
viā illi⁹. Qui timēt dn̄m
inquirēt q̄ bn̄placita ſūt
ei: et qui diligūt eū reple-
būtur lege ipſius. Qui ti
mēt dn̄m pparabūt cor-
da ſua: et in cōſpectu illi⁹
ſanctificabūt aīas ſuas.
Qui timēt dn̄m cuſtodi-
unt mādata illi⁹ ⁊ patiē-
tiā habebūt vſqȝ ad con-
ſpectionē illi⁹.

Lc̄o libri Sapie

SApiētiā om
niū antiquorū exq̄-
ret ſapiēs: et i pphetis va-
cabit. Narrationē viroꝝ
noīatorū ɔſeruabit: et in
verſutias parabolaꝝ ſi-
mul itroibit. Occulta p-
uerbioꝝ exquiret: ⁊ in ab
ſconditis parabolaꝝ cō
uerſabit̄. In medio ma-
gnatoꝝ miniſtrabit: et i
ɔſpectu p̄ſidis apparebit
et in terra alienarum gē-
tiū trāſibit. Bona em̄ et
mala in oībus tēptabit.

Lc̄o li. Sapie.

Sunt
iuſti qb⁹ multa pue-
niūt q̄ſi opa egerint iniq̄
rū: ⁊ ſūt ipii qui ita ſecuri
ſūt q̄ſi iuſtoꝝ fctā habeāt
Sȝ h̄ vaniſſimū eſt Lau-
daui igit̄ letitiā q̄ nō eſſȝ
hoi bonū ſub ſole: niſi q̄
comederet et biberet atqȝ
gauderet: ⁊ hoc ſolū ſecū

afferret de labore ſuo i di
ebus vite q̃s dedit ei de-
us ſub ſole. Sũt iuſti at-
qꝫ ſapiẽtes et opa eoꝝ̃ in
manu dei: ⁊ tamen neſcit
hõ utrũ amore an odio
dignus ſit. ſed oĩa in fu-
turo ſeruãtur incerta: eo
ꝙ vniuerſa eque eueniãt.
Stabũt iuſti in magna
ꝯſtãtia vel Georgij mar
tiris de ſactis infra paſce
et penteſt. fol. Grad.
Glorioſus deus in ſãctis ſu-
is mirabilis in maieſtate faci
ens prodigia. ℣ Dextera tua
dñe glorificata ẽ in virtute dex
tera manus tua confregit ini-
Clamauerũt iu Gr. micũ
ſti et dñs exaudiuit eos: et ex
oĩbus tribulatiõibus eorũ li-
berauit eos. ℣ Juxta eſt dñs
his qui tribulato ſunt corde et
humiles ſpũ ſaluabit Gra.
Uindica dñe ſanguinẽ ſeruo
rum tuorũ qui effuſus eſt. ℣.
Poſuerũt mortalia ſeruorũ
tuorum eſcas volatilibus celi
carnes ſanctorũ tuorũ beſtiis
Exultabũt ſanc Gr. terre
ti in gloria letabũtur in cubili
bus ſuis ℣ Cantate domino
canticũ nouũ: laus eius in ec-
cleſia ſanctorum. Gradua.
Ecce ꝙ bonũ ⁊ ꝙ iocũdũ ha-
bitare fratres in unũ. ℣ Si-
cut vngentũ in capite qd deſcẽ
dit in barbã barbã aaron. ℣.
Mandauit dñs benedictionẽ
et vitã uſqꝫ in ſeculũ Grad.
Timete dñm oẽs ſancti eius
qm̃ nihil deeſt timẽtibus eum
℣ Jnquirẽtes aũt dñm nõ de
ficient omni bono Grad.
Juſtoꝝ aĩe in manu dei ſunt ⁊
nõ tanget illos tormentũ ma
licie. ℣ Viſi ſunt oculis inſipi
entiũ mori illi aũt ſunt ĩ pace.
Alla. ℣ Juſti epulent̃ ⁊ exul
tent in cõſpectu dei delectẽtur
in letitia. Alleluia. ℣ Mira-
bilis dominus noſter in ſanc-
tis ſuis. Alla. ℣ Clamaue-
rũt iuſti ⁊ dominus exaudiuit
eos et ex omnibus tribulatio
nibus eorũ liberauit eos Al
leluia. ℣ Gaudete iuſti in dño
rectos decet collaudatio Al-
leluia. ℣ Sancti tui domi-
ne benedicẽt te gloriam regni
tui dicent Alla. ℣ Letamini
in dño et exultate iuſti et glori

amini oẽs recti corde. A llã.
ꝟ Vox exultatiõis et ſalutis
in tabernaculis iuſtoꝝ. Si fu
erit feſtũ nouẽ lectionũ ꝛ
nõ habuerit ꝓpriã vel of-
ficiatũ in dñica Seqũ.
O Beata beatorũ marti-
rũ ſolennia. O deuote
recolenda victorũ certamina.
O igni dignis fulgẽt ſignis ꝛ
florent virtutibꝰ. Illos ſemꝑ
cõdecenter veneremur laudi-
bus. Fide voto corde toto ad
heſerunt dño. Et inuicti ſunt
addicti attroci martirio. Car
cerati trucidati ꝑtulerũt pluri
ma. Igne leſi ferro ceſi tormẽ
torũ genera. Dum ſic torti ce
dũt morti carnis ꝑ interitum
vt electi ſunt adepti beatorũ
premia. Per cõtemptũ mun
danorũ ꝛ per bella fortia me-
ruerũt angelorũ victores con
ſortia. Ergo facti coheredes
chriſto in celeſtibus. Apud ip
ſum vota nr̃a ꝓmouete p̃cibꝰ
Ut poſt huiꝰ finẽ vite et poſt
trãſitoria. In ꝑhenni merea-
mur exultare gloria. In ſep
tuageſi. loco Allã et Se-
Qui ſemi- quẽtie dr̃ Trac.

nãt in lachrimis i gaudio me
tent. ꝟ Eũtes ibant ꝛ flebant
mittẽtes ſemĩna ſua. ꝟ Veniẽ
tes autẽ veniẽt cũ exultatione
portãtes manipulos ſuos.
A.i.t. Vidẽs S. Math.
Ihs turbas aſcẽdit i mon
tẽ Et cũ ſediſſet: acceſſerũt
ad eũ diſcipuli eiꝰ. Et ape
riẽs os ſuũ docebat eos
dicẽs. Beati pauꝑes ſpũ
qm̃ ipſoꝝ eſt regnũ celoꝝ
Beati mites: qm̃ ipi poſ-
ſidebũt terrã. Beati q lu-
gent: qm̃ ipſi ꝯſolabunť.
Bti q eſuriũt ꝛ ſitiũt iuſti
ciã: qm̃ ipſi ſaturabũtur.
Bti miſericordes: qm̃ ipi
miſericordiã ꝯſequẽtur.
Bti mũdo corde: qm̃ ipſi
deũ videbũt. Bti pacifici
qm̃ filij dei vocabũť. Bti
q ꝑſecutionẽ patiũť ꝓpter
iuſticiã: qm̃ ipoꝝ ẽ regnũ
celoꝝ. Bti eſtis cũ maledi
xerint vobꝫ hoĩes ꝛ ꝑſecuti
vos fuerint ꝛ dixerint oẽ
malũ aduerſũ vos mẽtiẽ
tes ꝓpter me. Gaudete i il
la die ꝛ exultate qm̃ mer-
ces vr̃a copioſa eſt i celis

IN.i.t.D.i. Sc̄dm Math.
diſ.ſ. Ecce ego mitto vos
ut ſ̄ de apl̄is. Secūdum
IN illo tp̄e Dixit Math.
ih̄s diſcipulis ſuis Cum
perſequent̄ vos in una ci
uitate: fugite ī aliā Amē
dico vobis: nō ꝯſumma
bitis ciuitates iſrael do-
nec veniat filꝰ hominis.
Nō ē diſcipulus ſup ma
giſtrū: neqꝫ ſeruus ſuper
dn̄m ſuū. Sufficit diſci-
pulo ut ſit ſicut magiſter
eius. et ſeruus ſicut dn̄s
eius. Si patrēfamilias
beelzebub vocauerūt: q̄n-
to magis domeſticos eiꝰ
Ne ergo timueritis eos.
Nihil em̄ opertū ē qđ nō
reuelabit̄. et occultum qđ
nō ſciet̄. Qđ dico vobis ī
tenebris dicite in lumine
et qđ in aure auditis pre-
dicate ſup tecta. Et noli-
te timere eos qui occidūt
corpꝰ. aīam aūt non poſ-
ſunt occidere. Sed potiꝰ
eū timete qui poteſt ⁊ ani
mā ⁊ corpꝰ pdere in gehē-
nam Nōne duo paſſeres
aſſe veneūt: et unus ex il-
lis nō cadet ſup terrā ſi-
ne patre veſtro Veſtri au
tē et capilli capitis om̄es
numerati ſunt. Nolite er
go timere: multis paſſe-
ribus meliores eſtis vos
Ois ergo qui cōfitebitur
me corā hoībus. ꝯfitebor
et ego eū corā patre meo
qui eſt in celis. Secūdū
IN illo tempo Matheū.
re. Sedente iheſu ſuper
mōtem oliueti: acceſſerūt
ad eū diſcipuli eiꝰ ſecreto
dicētes. Dic nobis quan
do hec erūt: et qđ ſignum
aduētus tui: ⁊ ꝯſumma-
tiōis ſeculi. Et reſpōdēs
ih̄s dixit eis Videte ne q̇s
vos ſeducat Multi enim
venient ī noīe meo dicētes
ego ſum xp̄s: ⁊ multos ſe
ducēt. Audituri em̄ eſtis
p̄lia ⁊ opiniōes p̄lioꝝ. vi
dete ne turbemini. Opor
tet em̄ hec fieri: ſꝫ nōdū ē fi
nis. Conſurget em̄ gens
in gētē: ⁊ regnū ī regnū: ⁊
erunt peſtilentie ⁊ fames:
et terremotus per loca.

Hec aũt oĩa initia ſũt do
lorũ. Tũc tradent vos in
tribulationem et occidẽt
vos. et eritis odio oĩbus
gentibus ꝓpter nomẽ me
um. Et tũc ſcandalizabũ
tur multi et inuicẽ tradẽt
et odio habebũt ad inui
cem. Et multi pſeudo ꝓ
phete ſurgent et ſeducent
multos. Et qm̃ habũda
bit iniquitas: refrigeſcet
charitas multorũ. Qui
autẽ pſeuerauerit vſqȝ in
finẽ: hic ſaluꝰ erit. Scd̃m
In illo tp̃e. D. i. d. Math.
ſ. Nihil opertũ qđ non re
vtš de vno martire. Se
In illo tp̃e cũdũ Math.
Dixit ihs diſcipulis ſuis
Cũ videritis abhomina
tionẽ deſolationis: q̃ dic
ta ẽ a daniele ꝓpheta ſtan
tem in loco: qui legit in
telligat. Tunc qui in iu
dea ſunt fugiant in mon
tes. et qui in tecto: nõ de
ſcendant tollere aliquid
de domo ſua. Et qui in
agro: non reuertatur tol
lere tunicã ſuam. Ve au

tem pregnantibus et nu
trientibus in illis diebus
Orate aũt vt non fiat fu
ga veſtra hyeme vel ſab
bato Erit eñ tũc tribula
tio magna: q̃lis non fuit
ab initio mũdi vſqȝ mo
do: neqȝ fiet Et niſi breui
ati fuiſſent dies illi: nõ fi
eret ſalua oĩs caro. Sed
ꝓpter electos breuiabun
tur dies illi Tunc ſi quis
vobis dixerit: ecce hic eſt
chriſtus aut illic: nolite
credere. Surgẽt eñ pſeu
do chriſti et pſeudo pro
phete: et dabũt ſigna ma
gna et prodigia: ita vt in
errorẽ ducãtur ſi fieri po
teſt etiam electi. Ecce pre
dixi vobis Si ergo dixe
rint vobis ecce in deſerto
eſt. nolite exire: ecce in pe
netrabilibꝰ nolite credere
In illo Scd̃m Lucam.
tempore Dixit iheſus di
ſci. ſuis. Cum audieritis
p̄lia et ſeditiones: nolite
terreri. Oportȝ primum
hec fieri. ſed nondum ſta
tim finis. Tunc dicebat

illis. Surget gens cōtra
gentē: et regnū aduerſus
regnū: et terremotus ma
gni erūt per loca et peſti-
lentie ⁊ fames: terroreſq3
de celo et ſigna magna
erūt Sed ante hec omnia
iniiciēt vobis manus ſu
as: et pſequētur trahētes
in ſynagogas ⁊ cuſtodi-
as: trahētes ad reges ⁊ p̄-
ſides ppter nomē meum.
Contingeť aūt vobis in
teſtimoniū. Ponite ergo
in cordib⁹ vr̄is non p̄me
ditari: quēadmodum re-
ſpōdeatis Ego enī dabo
vob̄ os ⁊ ſapiētiā: cui nō
poterunt reſiſtere ⁊ ɔtra-
dicere oēs aduerſarij vr̄i
Trademini aūt a parēti-
bus et fratrib⁹: et cogna-
tis ⁊ amicis. ⁊ morte affi
cient ex vobis. Et eritis
odio oīb⁹ ppter nomē me
um Et capillus de capite
vr̄o nō peribit In patiē-
tia vr̄a poſſidebitis ani-
mas veſtras. S. Lucā.
I. i. t. D. i. d. ſ. Attēdite a
fermēto phariſeorū: qd̄ ē

hypocriſis Nihil opertū
eſt qd̄ nō reueleť. neq3 ab
ſcōditū qd̄ nō ſciať. Quō
que in tenebris dixiſtis i
lumīe dicētur. et qd̄ in au
re locuti eſtis in cubilib⁹
p̄dicabiť in tectis Dico
aūt vob̄ amicis meis ne
terreamini ab his qui oc
cidūt corpus: et poſt hec
nō habēt amplius q̄d fa
ciāt. Oſtēdam aūt vobis
quē timeatis. Timete eū
qui poſtq̄ occiderit hab3
poteſtatē mittere in gehē
nā. Ita dico vobis hunc
timete. Nōne q̄nq3 paſſe-
res veneunt dipondio: ⁊
vnus ex illis nō eſt in ob
liuione corā dn̄o S3 ⁊ ca
pilli capitis vr̄i oēs nu-
merati ſūt Nolite ergo ti
mere: multis paſſeribus
pluris eſtis. Dico āt vob̄
Oīs q̄cūq3 ɔfeſſus fuerit
me corā hoīb⁹: ⁊ fili⁹ hoīs
cōfitebiť illū coram an-
gelis dei. Secundum
In illo tempo- Lucam.
re. Deſcendens iheſus de
mōte ſtetit in loco cāpeſ-

tri: et turba diſcipulorũ
eius. et multitudo copio
ſa plebis: ab omni iudea
et hieruſalẽ et maritima
et tyri et ſydonis: qui ve-
nerãt vt audirent eum et
ſanarentur a languori-
bus ſuis. Et qui vexabã-
tur a ſpiritibus imũdis
curabant͛. Et oĩs turba
querebat eũ tãgere: quia
virtus de illo exibat ⁊ ſa
nabat oẽs. Et ipſe eleua-
tis oculis in diſcipulos
ſuos dicebat. Beati pau-
peres ſpũ: qꝛ veſtrũ ẽ reg-
nũ dei. Beati qui nũc eſu
ritis: quia ſaturabimini
Beati qui nũc fletis: qꝛ ri
debitis. Beati eritis cum
vos oderint hoĩes: ⁊ cũ ſe
parauerint ⁊ eiecerint no
men veſtꝝ tanꝙ malum
ꝓpter filiũ hoĩs. Gaudete
in illa die et exultate: ecce
enĩ merces veſtra multa
eſt in celis Scd̃m Mar.
In illo tp̄e. Egrediẽte iħu
de templo ait illi vnus ex
diſcipul͛ ſuis. Magiſter
aſpice quales lapides et
quales ſtructure templi.
Et reſpondẽs iħs ait illi.
Vides has oẽs magnas
edificatiões? Non relin-
quet͛ lapis ſuꝑ lapidem
qui nõ deſtruat͛. Et cũ ſe-
deret in monte oliuaꝝ cõ
tra templum: interroga
bant eum ſeparatim pe-
trus ⁊ iacobus et iohan-
nes ⁊ andreas. Dic quan
do iſta fient: et qd̃ ſignũ
erit quãdo hec oĩa incipi
ent ꝯſummari. Et reſpõ
dens iħs cepit dicere illis
Videte ne quis vos ſedu
cat. Multi enĩ venient in
noĩe meo dicentes: qꝛ ego
ſum chriſtus: et multos
ſeducẽt. Cum audieritis
bella et opiniones bello
rũ: ne timueritis. Opor-
tet primũ hec fieri: ſꝫ nõ-
dum finis. Exurget aũt
gens ſuꝑ gẽtem et regnũ
ſuꝑ regnũ: ⁊ erũt terremo
tus ꝑ loca ⁊ fames. Ini-
ciũ doloꝝ hec. Videte au
tẽ voſmetipſos. Tradent
enĩ vos in conſilijs et in
ſynagogis vapulabitis

Et ante reges et preſides
ſtabitis ꝓpter me in teſti-
monium illis. Et in oēs
gentes primū oportet p̄-
dicari euāgeliū Et cū du
xerint vos tradētes: no-
lite p̄cogitare qd loqua-
mini. ſed qđ datū vobis
fuerit in illa hora id loq̄-
mini. Nō eñ vos eſtis lo
quētes: ſed ſpūſſanctus.
Tradet aūt frater fratrē
in mortē: et pater filiū: et
ꝯſurgēt filij in parētes: ⁊
morte eos afficiēt. Et eri-
tis odio oībus ꝓpter no-
men meū Qui autē ſuſti-
nuerit vſqꝫ in finē hic ſal
uus erit. Nō dr̄ Credo ni-
ſi fuerint patroni vel in
dñica. aut infra octauas
ſolēnes Offertorium.
Letamini i dño ⁊ exultate iu
ſti et gl'iamini oēs recti corde.
Mirabilis de' in ſctis Off.
ſuis deus iſrael ipſe dabit vir
tutē ⁊ fortitudinē plebi ſue be
nedictus deus. Offerto.
Exultabūt ſancti in gl'ia leta
būtur in cubilibus ſuis exulta
tiōes dei in faucib' eoꝝ Off.

Gloriabūtur ī te oēs qui di-
ligūt nomē tuū dñe: quā tu be
nedices iuſtis dñe vt ſcuto bo-
ne volūtatis tue coronaſti eos
Aīa nr̄a ſicut paſſer Off.
erepta eſt de laqueo venantiū
laqueus cōtritus eſt et nos li-
berati ſumus Secreta
Hec hoſtia q̄s dñe ſolēni
ter imolāda p ꝯmemora
tione ſāctoꝝ martirū tu-
orū N. ꝯſciētias noſtras
emūdet ſemper et purget
P do. Prefa. coti. dr̄ ſemp
ſiue fuerit dñica ſiue fe-
ria etiā in q̄drageſima.
niſi fuerit infra octās ſo
lēnes aut infra paſche et
aſceñ. qꝛ tunc dr̄ prefatio
de tali feſto ſolemni aut
paſchal' aut aſceñ. Com.
Amen dico vobis qđ vni ex
minimis meis feciſtis mihi fe
ciſtis: venite benedicti patris
mei poſſidete preparatū vo-
bis regnum ab initio ſeculi.
Ego elegi vos de mū Com.
do vt eatis et fructū afferatis
et fruct' veſter maneat Com
Gaudete iuſti in domino al
leluia. rectos decet collauda-

tio alleluia Cõmunio.

Juſtoꝝ aīe in manu dei ſũt ⁊ nõ tãget illos tormētũ malicie viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: illi aũt ſunt in pace. Com̄.

Multitudo languētiũ et qui vexabãtur a ſpiritibus imundis veniebãt ad eũ: quia virt⁹ de illo exibat et ſanabat oēs.

Poſuerũt mortalia Com̄. ſeruorũ tuorũ dñe eſcas volatilibus celi carnes ſctõꝝ tuorũ beſtiis terre ſcd̄m magnitudinem brachii tui poſſide filios morti punitorũ. Compl᷑.

Purificet nos q̄ſumus dñe et diuini perceptio ſacramenti. et glorioſa ſãctorũ martirũ tuorũ oratio. P d. Jte miſſa eſt dꝛ vel Benedicam⁹ dño ſcd̄m exigentiã. Jtē de martirib⁹ et cõfeſſorib⁹ una die ſeruandis. aut de martiribus et uirginib⁹ una die ſeruãdis. Seruabit᷑ Jntroitus ⁊ Officium cum Collecta. Secreta et Cõplenda per totũ ut habet᷑ infra proxime in ꝯmuni Cõfeſſorum in fine. Jtē volens dicere miſſam peculiarem de martiribus nõ in feſto legat ĩfra ſcri-

Deus qui ꝑtas Coll᷑. nos cõcedis ſãctorũ martirũ tuorũ. N. natalicia colere: da nobis in eterna letitia de eorũ ſocietate gaudere P d. Secre.

Munera tibi dñe nr̄e deuotionis offerimus. q̄ et ꝓ tuoꝝ tibi grata ſint honore ſanctoꝝ: et nobis ſalutaria te miſerãte reddã Preſta Cõpl᷑. tur P d. q̄s dñe de⁹ noſter: ut q̄rũ feſtiuitate votiua ſũt ſacramēta eoꝝ nobis ſalutaria interceſſiõe reddãt᷑. P d. De ꝯfeſſore ⁊ põtifi.

Statuit Jntro. ei dñs teſtamētũ pacis et principē fecit eum ut ſit illi ſacerdocii dignitas ineternũ. ps̄ Miſericordias dñi ineternũ cãtabo Glͣa pri. Glͣa i ex. dꝛ niſi fuerit ĩfra aduētũ aut lxx. qꝛ tũc nõ dꝛ Glͣa in ex. niſi tñ in feſtis duplicibus ⁊ ſemiduplicibus.

De cõfeſſore ⁊ abbate nõ pontifice Intro.

Os iuſti meditabit̃ ſapiẽtiã ⁊ lingua eius loquet̃ iudicium lex dei eius ĩ corde ipſius. ps̃ Noli emulari in malignãtibus neq; zelaueris faciẽtes iniquitatẽ. Gl'a pr̃i d̃r ut s̃.

In medio eccleſie Introi. aperuit os eius ⁊ impleuit eũ dñs ſpũ ſapiẽtie et intellectus ſtola glorie induit eũ. ps̃ Bonum eſt cõfiteri dño ⁊ pſallere noĩ tuo altiſſime. Gl'a pr̃i d̃r ut s̃. De plurib' cõfeſſoribus Intro.

Sapiẽtiã ſanctorũ narrãt populi et laudẽ eorũ nũciat eccleſia: nõia aũt eorũ viuent in ſeculũ ſeculi. ps̃ Exultate iuſti i dño rectos decet collaudatio. Gl'a pr̃i. d̃r ut s̃. Introit' plurimoꝝ cõfeſſoꝝ

Sacerdotes tui dñe induãt iuſticiã et ſancti tui exultent ꝓpter dauid ſeruũ tuũ nõ auertas faciem chriſti tui. ps̃ Memento dñe dauid et oĩs mãſuetudinis eius. Gl'a pr̃i ut ſupra. Introitus plurimorum confeſſorũ

Sacerdotes dei benedicite dñm ſancti ⁊ humiles corde laudate deũ Benedicite oĩa opa dñi dño laudate ⁊ ſupexaltate eũ in ſecula. Gl'a pr̃i d̃r ut s̃ Intro. de pluribus ꝯfeſſoribus

Sacerdotes eius iduãt ſalutare et ſãcti eius exultatiõe exultabũt. ps̃ Memento dñe dauid et oĩs manſuetudinis eius Gl'a pr̃i. d̃r ut ſup. Intro. de plib' ꝯfeſſorib'

Salus aũt iuſtorũ a domino et ꝓtector eoꝝ in tempore tribulatiõis. ps̃ Et adiuuabit eos dñs ⁊ liberauit eos Gl'a pr̃i d̃r ut s̃ De cõfeſſore ⁊ põtifice Coll'.

Da q̃s oĩpotẽs de' ut beati. N. confeſſoris tui atq; pontificis ueneranda ſolẽnitas: ⁊ deuotionẽ nobis augeat ⁊ ſalutẽ. Per do. De cõfeſſore nõ pontifice Colletta.

Exaudi q̃s dñe preces nr̃as q̃s in ſc̃ti. N. ꝯfeſſoris tui ſolennitate deferim': et q̃ tibi digne meruit famulari: ei' iter-

cedentibꝰ meritis ab om
nibus nos abſolue pec-
catis. P. d. Itē plurimoꝝ
Deus ꝯfeſſoꝝ Colꝉ.
D qui nos ſctōꝝ ꝯfeſ-
ſorū tuoꝝ. N ꝯfeſſionibꝰ
glorioſis circūdas ⁊ ꝓte
gis: da nobis ⁊ eoꝝ imi-
tatione ꝑficere et oratiōe
defendi. P. d. Epl'a de cō
feſſore ⁊ pōtifice Ad He-
H Frēs. Doctri breos.
nis varijs ⁊ peregri-
nis nolite abduci. Opti-
mū eſt eñi gratia ſtabili-
re cor nō eſcis: q̄ nō ꝓfue
rūt ābulātibꝰ in eis. habe
mꝰ altare de q̄ edere nō ha
bent poteſtatē: qui taber-
naculo deſeruiūt. Quoꝝ
eñi aīaliū infert̄ ſanguis
ꝓ pctis in ſācta ſctōꝝ per
pontificē: horū corpora
cremant̄ extra caſtra. ꝓ-
pter qḋ ihs vt ſanctifica-
ret ꝑ ſuū ſanguinē ꝑplm:
extra portā paſſus ē. Exe
amus igit̄ ad eū extra ca
ſtra īproperiū eius por-
tātes. Nō eñi habemꝰ hic
manentē ciuitatē: ſed fu-
turā inquirimꝰ. Per ipm
ergo offeramꝰ hoſtiā lau
dis ſemꝑ deo: id eſt fruc-
tū labioꝝ ꝯfitētiū noī eiꝰ.
Beneficiētie aūt ⁊ ꝯmuni
catiōis nolite obliuiſci.
Talibꝰ eñi hoſtijs ꝓmere
tur deus. Ad Hebreos.
F Frēs. Ois pontifex
ex hoīb' aſſūpt̄ꝰ pro
hoībus ꝯſtituit̄ in his q̄
ſunt ad deū: vt offerat do
na ⁊ ſacrificia ꝓ peccatis
Qui cōdolere poſſit his
qui ignorāt ⁊ errāt: qm̄ et
ipſe circūdatus eſt infir-
mitate. Et ꝓpterea debet
queādmodū ꝓ ꝑplo: ita
etiā ⁊ ꝓ ſemetipſo offerre
ꝓ pctis. Nec quiſq̄ ſumit
ſibi honorē: ſꝫ qui vocat̄
a deo tanq̄ aaron. Sic et
xp̄s nō ſemetipſū clarifi-
cauit vt pontifex fieret: ſꝫ
qui locutꝰ eſt ad eū filius
meus es tu ego hodie ge
nui te. Queādmodū ⁊ in
alio loco dicit̄. tu es ſacer
dos ieternū ſcḋm ordinē
E melchiſedech Lcō li
Cce ſacerdos Sapie

magnus qui ī diebus ſu
is placuit deo: ⁊ inuētus
eſt iuſtus. et in tpe iracū-
die factus eſt recōciliatio
Nō eſt inuentus ſilīs illi
qui ꝯſeruaret legē excelſi
Ideo iureiurādo fecit il-
lū dn̄s creſcere in plebem
ſuā Benedictionē omniū
gentiū dedit illi: et teſta-
mētū ſuū ꝯfirmauit ſup
caput eius. Cognouit eū
in benedictiōibꝰ ſuis. con
ſeruauit illi miſericordi-
am ſuā: et inuenit gratiā
corā oculis dn̄i. Magni
ficauit eū ī ꝯſpectu regū:
⁊ dedit illi coronā glorie
Statuit illi teſtamētum
ſempiternū: ⁊ dedit illi ſa
cerdotiū magnū: ⁊ beati-
ficauit illum in gloria.
Fūgi ſacerdotio ⁊ habere
laudē ī noīe ipſius. Et of
ferre illi incēſum dignū ī
odorē ſuauitatis Lcō li.
Ecce ſacerdos Sap̄.
magnꝰ q̄ ī vita ſua
ſuffulſit domū: ⁊ in diebꝰ
ſuis corroborauit tēplū
Tēpli etiā altitudo ab ip
ſo fūdata eſt: duplex edi-
ficatio et excelſi parietes
tēpli. In diebꝰ ſuis ema
nauerūt putei aq̄ꝝ: et q̄ſi
mare adimpleti ſunt ſup̄
modū. Qui curauit gen-
tē ſuā ⁊ liberauit illā a p̄-
ditiōe. Qui p̄ualuit edifi
care ciuitatē: q̄ adeptus ē
gloriā in ꝯuerſatiōe gen
tis: et in ingreſſū domus
et atrij amplificatus eſt.
Quaſi ſtella matutina ī
medio nebule: ⁊ q̄ſi luna
plena in diebꝰ ſuis lucet.
Et q̄ſi ſol refulgēs: ſic il-
le effulſit ī tēplo dei Qua
ſi arcus refulgēs inter ne
bulas glorie ⁊ q̄ſi flos ro
ſaꝝ in diebꝰ vernis Qua
ſi lilia q̄ ſūt in trāſitu aq̄
et q̄ſi thus redolēs in die
bus eſtatis. Epl̄a de ꝯfeſ-
ſore nō pōtifi. vel de uno
abbate. Lcō lib. Sapie
Dilectus deo ⁊ hoībꝰ
cuiꝰ memoria ī bn̄di
ctiōe eſt. Similē illū fecit
in gloria ſanctoꝝ: et ma-
gnificauit eū ī timore ini
micorū: et in verbis ſuis

monſtra placauit. Glori
ficauit illū in ꝯſpectu re-
gū: et iuſſit illi coronā po
puli ſui: ⁊ oſtēdit illi glo-
riā ſuā. In fide et lenita-
te ipſius ſanctū fecit illū
et elegit eū ex oī carne Au
diuit eñ eū ⁊ vocē ipſius
et īduxit illū ī nube. Et de
dit illi cor ad p̄cepta: ⁊ le-
gē vite ⁊ diſcipline. Lcō li. Sap.

Dedit dn̄s
ꝯfeſſionem ſancto
ſuo ⁊ excelſo in verbo glo
rie. De omī corde ſuo lau
dauit dominū: et dilexit
deū q̄ fecit illū Et dedit il
li ꝯtra inimicos potētiā
⁊ ſtare fecit cātores cōtra
altare: ⁊ in ſono eoꝝ dul-
ces fecit modos. Et dedit
in celebratōib⁹ dec⁹: et or-
nauit tp̄a uſq; ad cōſum
mationē vite vt laudarēt
nomen ſctm̄ dn̄i: ⁊ āpliſi
carēt mane dei ſāctitatē.
Chriſt⁹ purgauit pctā ip
ſius: ⁊ exaltauit ineternū
cornu ipſius. Sapiā lau-
dabit aīam ſuam: ⁊ ī deo
honorabit. ⁊ ī medio pp̄li
ſui gl'iabit. Et ī eccl'iis al
tiſſimi aperiet os ſuū: et ī
ꝯſpectu virtutis illi⁹ glo
riabit. Et ī medio pp̄li ſui
laudabit: ⁊ in plenitudi
ne ſctā admirabit. Et in
multitudine electoꝝ ha-
bebit laudē: ⁊ inter bn̄dic
tos benedicet. De pluri-
bus ꝯfeſſorib⁹ Ad Hebreos

Fr̄es plures facti
ſūt ſacerdotes ſcd̄m
legem: idcirco ꝙ morte ꝓ
hiberēt manere Ihs aūt
eo ꝙ maneat ineternū: ſe-
piternū habet ſacerdotiū
Vnde ⁊ ſaluare poteſt ī ꝑ
petuū accedēs ꝑ ſemetip-
ſū ad deū: ſēp viuēs ad ī-
terpellādū ꝓ nob. Talis
eñ decebat vt nobis eſſet
pontifex: ſanctus: inno-
cens: impollutus: ſegre-
gatus a peccatoribus: et
excelſior celis fact⁹. Qui
non habet quotidie neceſ
ſitatem queadmodū ſa-
cerdotes prius pro delic-
tis ſuis hoſtias offerre.
deinde pro populi. Hoc
eñ fecit ſemel ſe offerēdo.

dn̄s noſter ih̄s xp̄s. Lc̄o
Iuſti aūt in ꝑpe li. Sap̄.
tuū viuēt. vtˢ de martiri
bus in cōi. folio. ccxxviij
Ad Thimotheū Chariſ
ſime teſtificoꝛ corā deo ⁊c̄
vtˢ de vno martire. fol.
ccxxiij. Lc̄o li. Sapiētie
Optaui ⁊ datꝰ ē michi
ſenſus ⁊ inuocaui et
venit in me ſp̄us ſapiētie
Et ꝑpoſui illā regnis et
ſedibus: ⁊ diuitias nihil
eſſe dixi in ꝯpatiōe illius
Nec cōparaui illi lapidē
p̄cioſū. q̄m oē aurū in cō-
paratiōe illiꝰ arena eſt exi
gua: ⁊ tanq̄ lutū eſtima-
biť argētū in ꝯſpectu eiꝰ
Sup ſalutē et ſpeciē dile-
xi illā: ⁊ ꝓpoſui ꝑ luce ha-
bere illā: q̄m iextinguibi
le eſt lumen illiꝰ. Venerūt
aūt mihi oīa bona pari-
ter cū illa: et innumerabi
lis honeſtas ꝑ manꝰ illiꝰ
Et letatꝰ ſum in oībꝰ: q̄m
antecedebat me iſta ſapiē
tia: et ignorabā q̄m bo-
norum omniū mater eſt.
Quā ſine fictiōe didici: ⁊
ſine inuidia ꝯmunico. et
honeſtatē eiꝰ nō abſcōdo
Infinitꝰ enī eſt thezaurꝰ
hoībꝰ quo qui vſi ſūt par
ticipes facti ſūt amicicie
dei. ꝓpter diſcipline dona
ꝯmēdati. Lc̄o li. Sapie
Memoria iuſti in cō
poſitiōe odoris fac
ti: opus pigmētarij. In
omni oꝛe q̄ſi mel indulca
biť eiꝰ memoria. ⁊ vt mu
ſica in ꝯuiuio vini. Ipſe
eſt directꝰ diuinitus i pe-
nitētia gentis: ⁊ tulit ab-
hoīatiōes ipietatis. et gu
bernauit ad dn̄m cor eiꝰ.
In diebus pctōrū corro
borauit pietatē. Nā ma-
le tractauerūt illū qui a
ventre ꝯſecratꝰ eſt ꝓpheta
euertere ⁊ eruere: et ꝑdere
et iteꝝ edificare et renoua
re. Amplificatꝰ eſt q̄ſi ſtel
la matutina in medio ne
bule Et q̄ſi luna plena in
diebꝰ ſuis lucet Et q̄ſi ſol
refulgēs ſic ille effulſit in
tēplo dei. Lc̄o li. Sapie.
Sapientiā omniū an
tiquorū exquiret ſa-

piens: et in ꝓphetis vaca-
bit. Narrationem viroꝝ
noīatoꝝ cōſeruabit: et in
verſutias parabolaꝝ ſi-
mul introibit Occulta ꝓ
uerbioꝝ exquiret: ⁊ in ab
ſconditis parabolaꝝ cō
uerſabitur. Et in medio
magnatoꝝ miniſtrabit:
et in ꝯſpectu p̄ſidis appa
rebit: et in terra alienarū
gentiū ꝑtranſiet. Bona
eīn̄ et mala in oīb⁹ tēpta-
bit. Lcō libri Sapiētie.

Iuſtus cor ſuū tradidit.
ut ſ̄ d̄ uno mar. fo. ccxxij.
Lectio Malachie ꝓphete.

Hec dicit dn̄s de⁹ Sci
etis qꝛ miſi ad vos
mandatum iſtud ut eſſet
pactū meū cum leui: dicit
dn̄s exercituū Pactū me-
um fuit cū eo vite ⁊ pacis
et dedi ei timorē ⁊ timuit
me. et a facie nois mei pa
uebat. Lex veritatis fuit
in ore eius: et iniq̄tas nō
eſt inuēta in labijs eius.
In pace et equitate ābu-
lauit mecum. et multos
auertit ab iniquitate La
bia eīn̄ ſacerdotis cuſto-
diūt ſciētiā: ⁊ legem requi
rent ex ore ei⁹. qꝛ angelus
dn̄i exercituū eſt. Grad̄.

Ecce ſacerdos magnus qui
in diebus ſuis placuit deo. ℣
Non eſt inuēt⁹ ſimilis illi qui
cōſeruaret legē excelſi Gra.

Iurauit dn̄s et non penitebit
eum. tu es ſacerdos in eternū
ſcd̄m ordinē melchiſedech. ℣
Dixit dn̄s domino meo ſede a
dextris meis Graduale.

Inueni dauid ſeruum meum
oleo ſancto meo unxi eū. man⁹
eīn̄ mea auxiliabitur ei et bra-
chiū meū confortabit eum. ℣
Nihil ꝓficiet inimicus in eo et
filius iniq̄tatis nō nocebit eū
Os iuſti meditabit̄ Grad̄.
ſapiētiā: ⁊ lingua eius loquet̄
iudiciū. ℣ Lex dei eius in cor
de ipſius ⁊ nō ſupplantabunt̄
greſſus eius. De pluribus
cōfeſſoribus Gradua.

Sacerdotes eius induāt ſalu
tari et ſancti eius exultabūt ℣
Illuc ꝓducam cornu dauid pa
raui lucernā xp̄o meo Gr.

Iuſtorū anime in manu dei
ſunt et nō tāget illos tormen-

tuni malicie. ℣ Viſi ſunt ocu-
lis inſipientiũ mori. illi autem
ſunt in pace. All'a ℣ Iſte eſt
qui ante deum magnas virtu
tes operatus eſt et om̃is terra
doctrina eius repleta eſt Al-
leluia. ℣ Iurauit dñs ⁊ nõ pe
nitebit eum: tu es ſacerdos in
eternũ ſcd̃m ordinẽ melchiſe-
dech. All'a ℣ Diſpoſui teſta
mentũ electis meis iuraui da-
uid ſeruo meo. All'a ℣ Inue
ni dauid ſeruũ meũ oleo ſãcto
meo unxi eũ All'a. ℣ Iuſtus
germiabit ſicut liliũ et florebit
in eternũ ante dñm. All'a ℣.
Memento dñe dauid et om̃is
mãſuetudinis eius. De plu-
ribus ꝯfeſſorib' All'a ℣.
Mirabilis dñs noſter in ſanc-
tis ſuis. Si fuerit feſtũ no
uẽ lectionũ ⁊ non habue-
rit ꝓpriã: aut officiatũ in
dominica Seqũ.
Ad laudes ſaluatoris ut
mens incitet humilis. Senti-
at hũc diem iuſta de cauſa cele
brẽ. Gaudeat et ſeſe ſic pia
vota ꝓmere. Hac die celorũ
ſecreta petiit lux põtificũ vel
cõfeſſorum Iugiter in choro

ſanctorũ ſplẽdẽs ut ſydus au
reũ. Et gaudiũ angelis fac-
tum eſt ex aduentu comparis
Fuiſſe quẽ angelũ dñi cõſtat
exercituũ. Qui cuiq; ſuã triti
ci dans mẽſurã Ad fidei cau
las congregans ouiculas lupi
ꝓuidit iſidias. Fidelis ⁊ pru
dens credita diſtribuẽs Hic
dedit ad menſam dñi pecuniã
ut dignã faceret uſurã Bea-
tus hic ſeruus quẽ cũ venerit
dñs ita inuenerit Probatũ
in terra ſup oia ſtatuet illũ in
patria Ad tanti patris glo-
riam celebrandã clerus cõcin
nat laudem dignam et popu
lus letis reſpondeat vocibus
Dicamus om̃es cernui tanto
patri iũgat ſuo ſe grex paſto-
ri ⁊ pc̃ibᷓ fuſiſq; lachrimis cla
mem' Paſtor bone miſerere
eccl̃ie tuiſq; pc̃ibᷓ refoue Con
fer opem plebi tue pc̃es atten
de et pio iuuamine maculas
dilue. In via nos adiuua col
loca i patria redde q̄ ſperam'
bona In lxx. loco All'a et
ſeqũ. ℣. Trac. Beat' vir q̄
timet dominum in mandatis
eius cupit nimis. ℣ Potens

in terra erit ſemen eius gene-
ratio rectorum benedicetur. ℣.
Gloria et diuitie in domo eius
et iuſticia eius manet in ſecu-
lum ſeculi. De ꝯfeſſore et pō
tifice. Scdm Lucam.

In illo tpe Dixit ihs diſci
pulis ſuis. Nemo accen-
dit lucernā et in abſcōdi-
to ponit neqꝫ ſub modio
ſed ſuper candelabꝝ ut q
ingrediunt lumē videāt
Lucerna corporis tui: eſt
oculus tuus. Si oculus
tuus fuerit ſimplex: totū
corpus tuū lucidum erit
Si aūt nequā fuerit: etiā
corpus tuū tenebroſum
erit. Vide ergo ne lumen
qd in te ē tenebre ſint. Si
ergo corpus tuū totū lu
cidū fuerit: nō habēs ali
quā partē tenebrarū: erit
lucidū totum. Et ſicut lu
cerna fulgoris illumina
bit te De ꝯfeſſore et non
pontifice Scdm Math.

In illo tpe. Dixit iheſus
diſcipulis ſuis Vigilate
qꝛ neſcitis qua hora do-
minus veſter ventur' ſit.
Illud autē ſcitote: qm ſi
ſciret paterfamilias qua
hora fur venturus eſſꝫ vi
gilaret utiqꝫ: et nō ſineret
perfodi domum ſuam.
Ideo et vos eſtote para-
ti. qꝛ neſcitis qua hora fi
lius hominis ventur' eſt
Quiſputas eſt fidelis ſer
uus et prudens: quē ꝯſti-
tuit dn̄s ſuus ſup fami-
liam ſuā ut det illis cibū
in tēpore. Beatus ſeru'
ille quē cum venerit dn̄s
eius inuenerit ſic facientē
Amē dico vobis. qm ſu-
per oīa bona ſua ꝯſtituet
eum. De pluribus ꝯfeſſo
ribus Scdm Lucam.

In illo tpe Dixit ihs diſci
pulis ſuis. Sint lūbi ve-
ſtri p̄cincti et lucerne ardē
tes in manibus veſtris.
Et vos ſimiles homini-
bus expectātibus domi-
nū ſuū: quando reuertat
a nuptijs: ut cū venerit et
pulſauerit ꝯfeſtim aperi
ant ei. Beati ſerui illi: qs
cum venerit dn̄s inuene-
rit vigilantes. Amen di

co vobis q̄ precinget ſe ⁊
faciet illos diſcūbere: et
trāſiēs miniſtrabit illis
Et ſi venerit in ſecūda vi-
gilia. ⁊ ſi in tercia vigilia
venerit: ⁊ ita inuenerit be
ati ſunt ſerui illi. Hoc au
tem ſcitote qm̄ ſi ſciret pa
terfamilias qua hora fur
veniret: vigilaret vtiqꝫ et
nō ſineret ꝑfodi domū ſu
am. Jdeo ⁊ vos eſtote pa
rati. qꝛ qua hora nō puta
tis fili⁹ hominis veniet.
In illo tp̄e Scd̄m Math.
Dixit ih̄s diſcipulis ſu-
is parabolā hāc. Homo
q̄dā ꝑegre ꝓficiſcens: vo
cauit ſeruos ſuos: et tra-
didit illis bona ſua. Et
vni dedit quinqꝫ talēta.
alij autem duo. alij vero
vnū. Vnicuiqꝫ ſcd̄m ꝓpri
am virtutē: et ꝑfectus eſt
ſtatim. Abijt aūt q̄ quin
qꝫ talēta acceperat: ⁊ ope-
ratus eſt in eis: et lucrat⁹
ē alia quinqꝫ. Similiter
qui duo acceperat: lucra
tus eſt alia duo. Qui aūt
vnū acceperat: abiens fo
dit in terram: et abſcōdit
pecuniam dn̄i ſui. Poſt
multū vero temporis ve
nit dominus ſeruorū il-
lorū: et poſuit rationem
cum eis. Et accedens qui
quinqꝫ talenta acceperat
obtulit alia quinqꝫ talē-
ta dicens. Domine quin-
qꝫ talēta tradidiſti mihi
ecce alia quinqꝫ ſuplucra
tus ſum. Ait illi domi-
nus eius. Euge bone ſer-
ue ⁊ fidelis: quia ſup̄ pau
ca fuiſti fidelis: ſup̄ mul
ta te ꝯſtituā. intra in gau
dium domini tui. Acceſ-
ſit aūt et qui duo talenta
acceperat: ⁊ ait. Dn̄e: duo
talenta tradidiſti michi:
ecce alia duo ſuplucrat⁹
ſum. Ait illi dn̄s ei⁹. Eu-
ge ſerue bone ⁊ fidelis: qꝛ
ſuper pauca fuiſti fidelis
ſup̄ multa te ꝯſtituā. Jn
tra in gaudium dn̄i tui.
In illo tp̄e. Scd̄m Lucā.
Dixit ih̄s diſcipulis ſu-
is parabolam hanc. Ho
mo q̄dā nobilis abijt in
regionē longinquā acci-

pere ſibi regnū et reuerti.
Vocatis aūt decē ſeruis
dedit illis decem mnas:
et ait illis Negotiamini
dū venio. Ciues aūt eius
oderāt illū. et miſerūt le-
gationē poſt illum dicen
tes. Nolumus hunc reg-
nare ſup nos Et factū eſt
vt rediret accepto regno:
et iuſſit vocari ſeruos q̄-
bus dedit pecuniā vt ſci-
ret quātū quiſq; negotia
tus eſſ;. Venit aūt prim⁹
dicēs. Domine mna tua
fecit decem mnas. Et ait
illi Euge ſerue bone quia
in modico fuiſti fidelis.
eris poteſtatē habens ſu
pra decē ciuitates. Et al-
ter venit dicens. Domi-
ne mna tua fecit quinq;
mnas. Et huic ait. Et tu
eſto ſup quinq; ciuitates
Et alter venit dicens: do
mine ecce mna tua quam
habui repoſitā in ſuda-
rio. Timui em̄ te quia ho
mo auſter⁹ es: tollis qđ
non poſuiſti: et metis qđ
nō ſeminaſti Dicit ei De

ore tuo te iudico ſerue ne-
quā. Sciebas q̄ ego au-
ſterus homo ſum tollēs
quod nō poſui: ⁊ metens
quod non ſeminaui. Et
quare nō dediſti pecuni-
am meam ad menſam: et
ego veniens cum vſuris
vtiq; exegiſſem illā? Et
aſtantibus dixit. Aufer-
te ab illo mnam ⁊ date il
li qui decem mnas hab;.
Et dixerūt ei. Domie ha
bet decē mnas. Dico aūt
vobis: q2 om̄i habēti da
bit et habūdabit. Ab eo
aūt qui nō habet: ⁊ qđ ha
bet auferet ab eo. Verūta
men inimicos illos qui
noluerūt me regnare ſu-
p ſe adducite huc ⁊ inter-
ficite ante me. Et his dic
tis precedebat aſcendens
hieroſolimam. Scdm
In illo tem- Matheum.
pore. Dixit iheſus diſci-
pulis ſuis. Vos eſtis ſal
terre. Qđ ſi ſal euanuerit
in quo ſalietur? Ad nihi
lū valet vltra: niſi vt mit
tatur foras ⁊ cōculcetur.

ab hominib⁹. Vos eſtis
lux mūdi. Non poteſt ci-
uitas abſcondi ſup mon
tē poſita: neq; accedūt lu
cernā ⁊ ponūt eā ſub mo
dio. ſed ſup candelabrū:
ut luceat oīb⁹ q̄ in domo
ſunt. Sic luceat lux vr̄a
corā hoīb⁹ ut videāt ope-
ra veſtra bona: ⁊ glorifi
cent patrē veſtrū qui ī ce-
lis eſt. Nolite putare q̄m
veni ſoluere legem aut p
phetas. Nō veni ſoluere:
ſed adimplere. Amē q̄p-
pe dico vob: donec tranſ
eat celū et terra. iota unū
aut unus apex nō prete-
ribit a lege: donec oīa
fiant. Qui ergo ſoluerit
unū de mādatis iſtis mi
nimis: ⁊ docuerit ſic ho-
mines: minim⁹ vocabit
in regno celorū. Qui aūt
fecerit ⁊ docuerit: hic ma-
gnus vocabit in regno
celorum. Sc̄dm Lucā.
IN. i. t. D. i. d. ſ. Nolite ti-
mere puſillus grex: q; cō
placuit patri veſtro dare
nobis regnū. Vendite q̄
poſſidetis et date elemo-
ſinam. Facite vobis ſac-
culos qui nō veteraſcūt:
theſaurū nō deficientē in
celis quo fur nō appropi
at: neq; tinea demolitur.
Ubi eñ theſaurus veſter
eſt: ibi ⁊ cor veſtrum erit.
Non dicit Credo niſi fue-
rit patronus vel in dñi-
ca aut infra octās ſolen-
Ueritas mea nes Offer.
et miſericordia mea cū ipſo et
ī noīe meo exaltabit cornu ei⁹
Deſideriū anime ei⁹ Offer.
tribuiſti ei dñe et volūtate la-
biorū eius non fraudaſti eum
poſuiſti in capite eius coronā
de lapide pretioſo. Offer.
Inueni dauid ſeruum meum
oleo ſancto meo unxi eū ma-
nus eñ mea auxiliabitur ei ⁊
brachiū meū cōfortabit eum.
Gloria ⁊ ho Offertoriū.
nore coronaſti eum et conſti-
tuiſti eum ſuper opera manu
um tuarū domine Offerto.
Os iuſti meditabitur ſapien
tiam et lingua eius loquet iu
diciū: lex dei ei⁹ ī corde ipſius ⁊
nō ſupplātabūtur greſſus ei⁹.

De pluribꝰ cõfeſſo. Off.
Gloriabũtur in te oẽs qui di
ligũt nomẽ tuũ qm̃ tu bñdicis
iuſtis dñe ut ſcuto bone volun
tatis tue coronaſti eos Off.
Sacerdotes eiꝰ induã ſaluta
ri ⁊ ſancti eius exultatiõe exul
tabũt illuc ꝑducã cornu dauid
paraui lucernã xp̃o meo De
uno cõfeſſore ⁊ pontifice.
Sancti ꝯfeſſo Secreta.
ris et põtificis tui. N. no-
bis dñe pia nõ deſit ora-
tio: q̃ ⁊ munera nr̃a cõci-
liet: et tuã nobis ſemꝑ in
dulgentiã obtineat. P̃ d̃.
De uno ꝯfeſſore nõ põti-
Hoſtias tibi fice Secre.
dñe ꝓ ꝯmemoratiõe ſcti
N. confeſſoris tui offeri-
mus ſuppliciter dep̃can-
tes: ut ſicut illi tribuiſti
ſacre fidei claritatẽ: ſic no
bis ĩdulgẽtiã largiaris
et pacẽ P̃ d̃. De pluribꝰ
cõfeſſoribus Secreta.
Suſcipe dñe p̃ces ⁊ hoſti
as q̃ ut tuo ſint digna cõ
ſpectui: ſanctoꝝ tuoꝝ p̃ci
bus adiuuemur P̃ dñm
Prefa. cotidia. dr̃ ſemꝑ ſi
ue fuerit dñica ſiue feria.
etiã in q̃drageſima. exce-
pto qñ fuerit infra octãs
ſolẽnes aut infra paſche
et aſcẽſiõis. qꝛ tũc dr̃ Pre-
fatio de feſto ſolẽni aut
paſchalis vel aſcenſiõis
Beatus ſeruus quẽ Com.
cũ venerit dñs inuenerit vigi-
lantẽ: amẽ dico vobis ſuꝑ oĩa
bona ſua cõſtituet eũ. Com.
Dñe quinqꝫ talenta tradidi-
ſti michi: ecce alia quinqꝫ ſuꝑ-
lucratus ſum: euge ſerue fide-
lis quia in pauca fuiſti fidelis
ſuꝑ multa te cõſtituã: intra in
gaudium dñi tui Com.
Semel iuraui in ſãcto meo ſe
men eius ineternũ manebit ⁊
ſedes eius ſicut ſol in cõſpectu
meo: ⁊ ſicut luna ꝑfecta ineter
nũ ⁊ teſtis in celo fidel'. Com
Magna eſt gloria eius in ſa-
lutari tuo: gloriã ⁊ magnũ de
corẽ impones ſuꝑ eũ dñe. De
plibꝰ ꝯfeſſoribꝰ Com.
Ego vos elegi de mundo ut
eatis et fructũ afferatis ⁊ fruc
tus veſter maneat Com.
Sint lũbi veſtri precincti ⁊ lu
cerne ardẽtes ĩ manibus vr̃is

De uno ɔfeſſo. ⁊ pontifi.
Ut nobis dñe tua Cōpl.
ſctā ſacrificia dent ſalutē
beat⁹ N. ɔfeſſor tu⁹ pari-
ter ⁊ pontifex q̄ſum⁹ p̄ca-
tor accedat. P dñm. De
uno ɔfeſſore ⁊ nō pōtifice
Deus fideliū re- Cōpl.
munerator aīaꝝ p̄ſta vt
p hec ſancta q̄ ſumpſim⁹
vti. N. cōfeſſoris tui cui⁹
venerandā celebram⁹ fe-
ſtiuitatē p̄cib⁹: indulgen
tiā ɔſequamur. P do. De
pluribus confeſſoribus
Corpis ſacri ⁊ Compl.
precioſi ſanguinis reple
ti libamine: q̄ſumus dñe
deus noſter: vt q̄d pia de-
uotiōe gerimus certa re-
demptiōe capiam⁹ P do.
Jte miſſa eſt d⁊ vel Benedi-
camus dño ſcd̄m exigentiā
De martire et confeſſore
aut martire et confeſſori
bus vna die ſeruandis.
aut de martiribus et cō-
feſſore. aut cōfeſſoribus
vna die ſeruandis. Jn-
troitus. Salus autem iu-
ſtorum vt ſup̄ proxime de
martiribus in cōmuni.
Gloria pr̄i. Gloria i excelſis
dicitur extra aduentum
et ſeptuageſimā Coll.
Deus qui es ſanctoꝝ
tuorum ſplēdor mi-
rabilis: da nobis queſu-
mus vt. N. quorum na-
talicia celebramus eorū
intercedentibus meritis
ad gaudia eterna perue-
niamus Per d̄. Alie coll.
ſcd̄m exigētiā. Epl'a Ju-
ſti aūt in perpetuū. Gra-
duale. Glorioſus deus Al
leluia Juſti epulentur. Si fu
erit feſtum nouem lecti-
onū aut dominica d⁊ Se
queñ. O beata beatoꝝ Jn
lxx. loco All'a et Seqñ. d⁊
Trac. Qui ſeminant. cetē
vt ſ̄ proxime de martirib⁹
in cōi. Euāge. Nolite ti-
mere puſill⁹ grex. vt de cō
feſſor. Sine Credo niſi in
dñica. Off. Letamini vt
proxime de martirib⁹. Se-
Suſcipiat clemētiſ creta
ſima maieſtas tua h⁹ ob-
latōis hoſtiā: ⁊ itercedēti
bus ſāctis tuis. N. quoꝝ

memoriā veneramur ob
ſequijs nobis pficiat ad
ſalutē P do. Prefa. cotid.
Com. Juſtorū aīe ut ſ̄ de
martiribus Complen.
Sacramēto ſūme chari-
tatis refecti q̄ſumus oī-
potens pater ut ſanctoꝝ
N. pro quoꝝ gloria ſuſ-
cepimus ipſis intercedē
tib' nobis pficiat ad ſa-
lutem. P do. Jte miſſa eſt.
vel Benedicam' dn̄o ſcd̄m
exigētiā. De uno abbate
Interceſſio nos q̄- Coll.
ſumus dn̄e beati. N. ab-
batis cōmēdet: ut qḋ no-
ſtris meritis nō valem'
eius patrocinio ꝯſequa-
mur P dn̄m Secreta
Sacris altaribus domi
ne hoſtias ſuperpoſitas
ſanctus N q̄ſumus in ſa
lutē nobis prouenire de-
poſcat. P dn̄m Cōplen.
Protegat nos dn̄e cum
tui pceptione ſacramēti
beatus. N. abbas p no-
bis intercedendo: ut ꝛ cō
uerſationis eius experi-
amur inſignia: ꝛ interceſ
ſiōis ipſius pcipiamus
ſuffragia. P do. De vna
vgine et martire Intro.
Loquebar de te-
ſtimonijs tuis in
cōſpectu regū: et
nō cōfundebar i
mandatis tuis que dilexi ni-
mis. ps Beati imaculati in
via qui ambulāt in lege dn̄i.
Gl'a pri. Gl'a in excel. Er. niſi
fuerit infra aduentū aut
ſeptuageſimā. q̄ tūc non
dr̄ Gl'a in ex. niſi tm̄ i feſtis
duplicib' et ſemiduplici-
bus Intro.
Me expectauerūt pctōres ut perde
rent me teſtimonia tua dn̄e in
tellexi oīs cōſummatiōis vidi
finē latū mādatū tuū nimis.
ps Beati imaculati in via q̄
ambulāt in lege dn̄i. Gl'a pri
Dilexiſti vt s̄ Intro.
Dilexiſti iuſticiā et odiſti
iniquitatē ppterea unxit te de
us tuus oleo letitie pre cōſorti
b' tuis. ps Eructauit cor me
um verbū bonū dico ego opa
mea regi. Gl'a pri. Er. vt s̄.
Vultum tuū Intro.
deprecabūtur oēs diui-

tes plebis adducētur regi vir
gines post eā ꝓxime ei⁹ addu
centur tibi in leticia et exultati
one. ps Eructauit cor meum
verbū bonum dico ego opera
mea regi. Gl'a pri. Or ut sup.
Cognoui dñe qꝛ eq̄tas
iudicia tua ꝛ i v̄itate tua
humiliasti me confige timore
tuo carnes meas a mādatis
tuis nō me repellas. ps Bea
ti imaculati in via qui ambu-
lant in lege dñi. Gl'a patri. Or
Gaudea ut s̄ Intro.
mus oēs in dño diē festū
celebrātes in honore N. virgi
nis vel martiris vel vidue.
de cuius passione vel solēni-
tate gaudent angeli ꝛ collau-
dant filiū dei. ps Eructauit
cor meū verbū bonū dico ego
opa mea regi Gl'a pri. Or ut s̄
De plurib⁹ v̄gini. Intro
Gaudeamus oēs in dño
diē festū celebrantes in
honore sanctarū virginū de q̄
rum passione vel solennitate
gaudent angeli et collaudant
filiū dei. ps Exultate iusti in
dño rectos decet collaudatio
Gl'a pri Or ut s̄. De una
virgine ꝛ martire. Coll.
Deus qui inter cetera
potētie tue miracu-
la etiam i sexu fragili vic
toriam martirij cōtuli-
sti: ꝯcede ꝓpici⁹ ut cui⁹ na
talicia colim⁹: p ei⁹ ad te
exēpla gradiamur. P d.
De una virgine nō mar.
Deus q̄ nos ho Coll.
die beate. N. v̄ginis
tue ānua solēnitate letifi
cas: cōcede ꝓpicius ut ei⁹
adiuuemur meritis cui⁹
castitatis irradiamur ex
emplis. P do. De plib⁹
virginib⁹ Coller.
Adiuuēt nos dñe q̄s
merita ꝛ itercessiōes scā-
rū. N. virginū tuarū: ut
qui earū venerādā cōme-
morationē agimus: ip-
sarū suffragio ab oībus
mereamur exui malis: et
te largiēte sempiternis p-
frui bonis. P d. De vir
gine ꝛ mar. Ad Thimo.
Charissime Domin⁹
mihi astitit ꝛ cōfor
tauit me: ut p me predica
tio iplere͛: ꝛ audiant oēs

gẽtes qꝫ liberata ſum de
ore leonis: liberauit me
dñs ab oĩ oꝑe malo: ⁊ ſal
uũ faciet ĩ regnũ ſuũ cele-
ſte Ipſi glĩa ĩ ſecula ſecu
loꝝ amẽ. Lcõ lib. Sapie
COnfitebor tibi dñe
rex: ⁊ collaudabo te
deũ ſaluatorẽ meũ. Cõfi
tebor noĩ tuo qm̃ adiu-
tor ⁊ ꝓtector fact⁹ es mihi
et liberaſti corp⁹ meũ a ꝑ
ditiõe. A laqͦ lingue ini
que: et a labijs operãtiũ
mẽdaciũ. Et ĩ ꝯſpectu pſe
quẽtiũ fact⁹ es mihi adiu
tor: et liberaſti me ſcdm
multitudinem miſericor
die nois tui. A rugiẽtib⁹
ꝑparatis ad eſcã: de ma-
nib⁹ q̃rentiũ aĩam meã: ⁊
de multis tribulatõib⁹ q̃
circũdederũt me. A pſſu-
ra flãme q̃ circũdedit me
et ĩ medio ignis nõ ſum
eſtuata. De altitudine vẽ
tris ĩferi: ⁊ a lingua coin
q̃nata: et a ꝟbo mẽdacij.
A rege iniq̃: ⁊ a lingua ĩ-
iuſta liberaſti me. Lau-
dabit vſqꝫ ad mortẽ aĩa
mea dñm: ⁊ vita mea ap-
propinquãs erat ĩ ĩferno
deorſum Circũdederunt
me vndiqꝫ ⁊ nõ erat q̇ ad
iuuaret. Reſpiciẽs erã ad
adiutoꝛiũ hoĩm ⁊ nõ erat
Memorata ſũ miſericor
die tue dñe: ⁊ coopatiõis
tue q̃ a ſeculo ſũt Qm̃ eru
is ſuſtinẽtes te: et liberas
de manib⁹ anguſtie: dñe
deus nr̃. Lcõ li. Sapie.
DOmine de⁹ me⁹ exal-
taſti ſuꝑ terrã habi-
tationẽ meam: ⁊ ꝓ morte
defluẽti depcata ſum In
uocaui dñm patrem dñi
mei: vt non derelinq̃t me
in die tribulatiõis mee: ⁊
in tpe ſuꝑboꝝ ſine adiu-
torio. Laudabo nomen
tuũ aſſidue: et collauda-
bo illud in ꝯfeſſiõe: et ex-
audita ẽ oratio mea Li-
beraſti me a ꝑditiõe: ⁊ eri
puiſti me de tpe iniq̃ Pro-
pterea ꝯfitebo꜠ tibi dñe: ⁊
laudem dicã noĩ tuo dñe
de⁹ nr̃. De ꝟgĩe nõ mar.
SApiẽ Lcõ li. Sap̃.
tia vincit maliciã.

attingit ergo a fine uſqꝫ
ad finē fortiter: et diſpo-
nit omnia ſuauiter. Hāc
amaui et exquiſiui a iu-
uētute mea: ⁊ q̄ſiui michi
ſpōſam aſſumere. ⁊ ama
tor factus ſum forme il-
lius. Generoſitatē illius
glorificat ꝯtuberniū ha
bens dei. ſed et oīm dn̄s
dilexit illam. Doctrix eſt
enim diſcipline dei ⁊ elec-
trix operū illi⁹. Lcō libri
Sapiētia lau Sapie
dabit aīam ſuā ⁊ in
deo honorificabit̄. Et in
medio populi ſui gloria
bit̄. Et in eccleſijs altiſſi-
mi aperiet os ſuū. et in cō
ſpectu virtutis illi⁹ glori
abit̄. In medio pp̄li ſui
exaltabit̄. et i multitudīe
ſctā admirabit̄ In mul
titudine electoꝝ habebit
laudē: ⁊ inter benedictos
bn̄dicetur dicēs. Ego ex
ore altiſſimi ꝓdij primo
genita ante oēm creatu-
ram Ego quaſi libanus
nō inciſus vaporaui ha
bitationē meā. Et quaſi
balſamū nō mixtū odor
meus. Et quaſi therebin
tus extēdi ramos meos ⁊
rami mei honoris ⁊ grē.
F̄a Ad Corinthios
Fratres. Qui gloriat̄ in
dn̄o glorietur. Nō eñ q
ſeipſum commendat ille
ꝓbatus eſt. ſed quem de-
us cōmendat. Vtinā ſu-
ſtineretis modicū qd in-
ſipiētie mee. ſed et ſuppor
tate me. Emulor eñ vos
dei emulatione. Deſpōdi
enim vos uni viro: virgi
nem caſtā exhibere xp̄o.
De plurib⁹ virginibus.
Ad Corinthios.
Fratres. De virgini
bus preceptū dn̄i nō ha-
beo. conſiliū autē do tan
quā miſericordiā cōſecu-
tus a deo ut ſim fidelis.
Exiſtimo autem hoc bo
nū eſſe ꝓpter inſtātem ne-
ceſſitatem. quoniā bonū
eſt homini ſic eſſe Alliga
tus es uxori: noli quere-
re ſolutionem. Solutus
es ab uxore: noli querere
uxorem. Si autē accepe-

ris vxorem non peccaſti.
Et ſi nupſerit virgo non
peccauit Tribulationem
tamen carnis habebunt
huiuſmodi. Ego aūt vo
bis parco Hoc itaqȝ dico
fratres: tempus breue eſt
Reliquū eſt: vt qui habēt
vxores: tanq̄ nō habētes
ſint. et qui flent tanq̄ nō
flentes. et qui gaudēt tan
quā nō gaudentes. et qui
emūt tanq̄ non poſſiden
tes. et qui vtūtur hoc mū
do tanq̄ nō vtanť. Pre-
terit eñ figura huiꝰ mū-
di. Volo autem vos ſine
ſollicitudine eſſe. Qui ſi-
ne vxore eſt cogitat q̄ dñi
ſunt: quomodo placeat
deo. Qui autē cum vxore
eſt: ſollicitus eſt que ſunt
mūdi: quomodo placeat
vxori ⁊ diuiſus eſt. Muli
er innupta et virgo cogi
tat que domini ſūt: vt ſit
ſancta et corpore et ſpiri-
tu In chriſto iheſu domi
no noſtro. De vidua.

Lcō libri Sapiētie
Mulierem fortē quis
inueniet? Procul ⁊ de vl-
timis finibus preciū eiꝰ.
Cōfidit in ea cor viri ſui:
et ſpolijs non indigebit.
reddet ei bonū ⁊ nō malū
oīnibus diebus vite ſue.
Queſiuit lanā et linū. et
operata eſt ꝯſilio manu-
um ſuarū. Facta eſt qua-
ſi nauis inſtitoris: de lō-
ge portans panē ſuū. Et
de nocte ſurrexit: deditqȝ
predā domeſticis ſuis. et
cibaria ancillis ſuis. Cō
ſiderauit agrū ⁊ emit eū.
et de fructu manuū ſuaꝝ
plātauit vineā. Accinxit
fortitudine lumbos ſu-
os: et roborauit brachiū
ſuū Guſtauit ⁊ vidit quo
niam bona eſt negotia-
tio eius. nō extinguetur
in nocte lucerna eiꝰ. Ma-
num ſuam miſit ad for-
tia: et digiti eius apprehē
derūt fuſum. Manum ſu
am aperuit inopi: ⁊ pal-
mas ſuas extēdit ad pau
perem. Non timebit do-
mui ſue a frigoribus ni-
uis. oēs enī domeſtici eiꝰ

veſtiti duplicibus Stra
gulatā veſtē fecit ſibi byſ
ſus ⁊ purpura indumen
tū eius. Nobilis in por-
tis vir eius quādo ſede-
rit cū ſenatoribus terre.
Syndonem fecit ⁊ vendi
dit: ⁊ cingulum tradidit
chananeo. Fortitudo et
decor indumentū eius. et
ridebit in die nouiſſimo
Os ſuū aperuit ſapiētie.
et lex clementie in lingua
eius. Conſiderauit ſemi
tas domus ſue: ⁊ panem
ociosa nō comedit. Sur-
rexerūt filij eius: et beatiſ
ſimā predicauerūt: et vir
eius laudauit eam. Mul
te filie ꝯgregauerūt diui
tias: tu ſola ſupgreſſa es
uniuerſas Fallax gratia
et vana eſt pulchritudo.
mulier timēs deum ipſa
laudabit̄. Date ei de fruc
tu manuū ſuarum: ⁊ lau
dent eā in portis opa eī
Audi filia ⁊ vide ⁊ i- Grad.
clina aurē tuā quia concupiuit
rex ſpeciem tuā ℣ Specie tua
et pulcritudine tua intēde pſ-
pere procede ⁊ regna Grad.
Adiuuabit eam deus vultu
ſuo deus in medio eius nō cō-
mouebitur. ℣ Fluminis im-
petus letificat ciuitatē dei ſāc-
tificauit tabernaculū ſuū altiſ
Diffuſa eſt Grad. ſimus.
gratia i labiis tuis propterea
benedixit te deus ineternū. ℣
Propter veritatē ⁊ māſuetu-
dinē et iuſticiā ⁊ deducet te mi
rabiliter dextera tua Grad.
Dilexiſti iuſticiā et odiſti ini-
quitatem. ℣ Propterea vn-
xit te deus de⁹ tuus oleo letitie
Propter veritatē et Grad.
manſuetudinem ⁊ iuſticiam ⁊
deducet te mirabiliter dextera
tua. ℣ Audi filia et vide ⁊ in-
clina aurē tuā quia cōcupiuit
rex ſpeciem tuā Gradua.
Specie tua ⁊ pulcritudie tua
intende pſpere procede ⁊ reg-
na. ℣ Propter veritatē ⁊ mā
ſuetudinem ⁊ iuſticiā et dedu-
cet te mirabiliter dextera tua

## De pluribus virginib⁹.

Timete dñm om Grad.
nes ſancti eius quoniam nihil
deeſt timentibus eum ℣ In-
quirentes autem dominū nō

deficient omni bono. Alla ℣ Audi filia ⁊ vide ⁊ iclina aurem tuam quia concupiuit rex ſpeciē tuam. Alla. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis ꝓpterea bñdixit te de⁹ ineternū. Alla ℣ Specie tua et pulcritudine tua intēde proſpere procede ⁊ regna. De pluribus virginibus Alla ℣ Adducētur regi virgines poſt eā proxime ei⁹ offerent tibi in leticia Si fuerit feſtum .ix. lcō. ⁊ nō habuerit ꝓpriam: vel officiatū i dñica Seqñ.

Gaude celeſtis ſponſa ſūmi regis iam templum ingreſſa Ad regale quoqꝫ cōuiuiū ducta Et mox intratura cubilis ſecreta ſemꝑ virgo manſura Filius regis amator caſtitatis ſeruat mentē pudicā. Huic ſponſo venienti virgines oēs obuiate Ferte lāpades iam ardentes in vaſis oleū ſimul deferentes Et regium feſtināter adornate thalamū. Et regi regū decātate cāticū ſolis virginibus cātādū Ianua patet que parate ſūt intrent. Dum ſponſus venit quis eum ſequi poſſit oīs virgo memor ſit. Ad talia tua nos gaudia ꝑduc chriſte redēptos per te memor ſponſe iungens illi ſperantes in te In ſeptuage. loco alla et ſequētie de virgine ⁊ martire ac etiā de pluribus virginibus dicit̄ Tractus.

Qui ſemināt in lachrimis in gaudio metēt ℣ Euntes ibāt et flebāt mittētes ſemina ſua. ℣ Venientes autē venient cū exultatiōe portātes manipulos ſuos. De virgine non martire Trac.

Audi filia et vide ⁊ inclina aurē tuā quia cōcupiuit rex ſpeciem tuā. ℣. Vultū tuū deprecabūtur oēs diuites plebis filie regū in honore tuo. ℣ Adducētur regi virgines poſt eā proxime ei⁹ offerentur tibi. ℣ Adducent in letitia et exultatione adducentur in templum regis

Secūdum Matheum.

In illo tempore dixit iheſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum celorum theſauro abſcōdito i agro quē

qui inuenit homo abſcō
dit et pre gaudio illi⁹ va
dit ⁊ vendit vniuerſa que
habet: ⁊ emit agrū illum
Iterū Simile eſt regnū
celoꝝ homini negotiato
ri querēti bonas marga
ritas. Inuenta autē vna
p̄cioſa margarita: abijt
et vendidit omnia q̄ ha-
buit ⁊ emit eam. Iterum
Simile eſt regnū celorū
ſagene miſſe in mare: ⁊ ex
omni genere piſciū ↄgre
ganti. Quā cū impleta eſ
ſet educentes et ſecus lit-
tus ſedentes elegerūt bo
nos in vaſa ſua: malos
aūt foras miſerunt. Sic
erit in ↄſummatiōe ſecu-
li. Exibūt angeli et ſepa-
rabunt malos de medio
iuſtoꝝ: et mittēt eos in ca
minū ignis ardentis: ibi
erit fletus ⁊ ſtridor denti
um. Intellexiſtis hec om
nia? Dicunt ei Etiā. Ait
illis Ideo omnis ſcriba
doctus in regno celoꝝ ſi
milis eſt homini patrifa
milias qui profert de the
ſauro ſuo noua ⁊ vetera.

De plurib⁹ virginibus.
vel de vna v̄gine Scd̄m
Matheū

In illo tp̄e. Di-
xit iheſus diſcipulis ſuis
parabolam hāc. Simile
eſt regnū celoꝝ decem vir
ginibus: que accipientes
lampades ſuas exierunt
obuiam ſponſo ⁊ ſponſe
Quinqꝫ aūt ex eis erāt fa
tue. et quinqꝫ prudentes.
Sed quinqꝫ fatue accep-
tis lampadibus: nō ſum
pſerūt oleū ſecū. Pruden
tes vero acceperunt oleū
in vaſis ſuis cū lampadi
bus. Moram aūt facien
te ſponſo dormitauerūt
omnes et dormierūt. Me
dia aūt nocte clamor fac
tus eſt: ecce ſpōſus venit:
exite obuiā ei. Tūc ſurre-
xerūt omnes virgines il
le: ⁊ ornauerunt lāpades
ſuas. Fatue aūt ſapienti
bus dixerūt. Date nobis
de oleo veſtro: q꞉ lampa-
des noſtre extinguūtur.
Reſponderūt prudentes
dicentes. Ne forte nō ſuf

ficiat nobis et vobis: ite
poti' ad vendētes et emi-
te vobis. Dū aūt irēt eme
re venit ſponſus: et q̄ pa-
rate erant intrauerūt cū
eo ad nuptias. et clauſa ē
ianua. Nouiſſime vo ve-
niunt et reliquę virgines
dicētes. Domine dn̄e ape
ri nobis. At ille reſpon-
dens ait. Amen dico vo-
bis: neſcio vos. Vigilate
itaq₃: q₂ neſcitis diem ne-
q₃ horā. Nō dicit Credo.
niſi fuerit patrona vel in
dn̄ica aut infra octauas
ſolēnes. vel feſtum beate
marie magdalene. Off.
Diffuſa eſt grā in labiis tuis
ꝓpterea bn̄dixit te de' ięternū
Filię regū in honore Off.
tuo aſtitit regina a dextris tu
is in veſtitu deaurato circūda
ta varietate. Offertoriū.
Offerētur regi virgines pro-
xime eius offerent tibi Off.
Offerētur regi virgines ꝓxi-
me eius offerētur tibi ī letitia
et exultatione adducent in tē-
plo regi domino De vna
virgine et mar. Secreta

Hoſtias tibi dn̄e btē. N.
virginis et martiris tue
dicatas meritis benign'
aſſume: ⁊ ad perpetuū no
bis tribue ꝓuenire ſubſi-
dium P do. De vna vir
gine nō martire Secre.
Hec hoſtia q̄s dn̄e ꝑ bea
te. N. virginis tue hono-
re oblata: ⁊ mētiū nobis
ſanctitatē: ⁊ corpoꝝ obti
neat ſanitatē. P do. De
plurib' virginib' Secre.
Sanctaꝝ virginū tuarū
q̄s dn̄e p̄cibus et meritis
tibi noſtra deuotio ꝯpla
ceat: et obſequia munerū
noſtroꝝ earū oratione fi
ant ſemp accepta P dn̄m
Prefatio cotidiā. d₂ ſemp
ſiue fuerit dominica ſiue
feria etiā in q̄drageſima
niſi fuerit infra octauas
ſolemnes aut infra paſce
et aſcenſionē. q₂ tunc dicit
prefatio de feſto ſolenni
aut paſcalis vl' aſcēſionē.
Confundant ſupbi Com.
quia iniuſte iniquitatē fecerūt
in me: ego aūt in mandatis tu
is exercebor in tuis iuſtificati-

onibus ut nõ cõfũdar Com̃.
D iffuſa eſt gr̃a in labiis tuis ꝓpterea bñdixit te de⁹ ĩeternũ
Feci iudiciũ ꝛ iuſti- Com̃. ciã dñe nõ calũniẽtur mihi ſuperbi ad oĩa mandata tua dirigebar. oẽm viã iniquã odio
Principes ꝑſe Com̃ habui cuti ſunt me gratis ꝛ a verbis tuis formidauit cor meũ: letabor ego ſuꝑ eloquia tua ſicut qui inuenit ſpolia multa: cõcupiuit aĩa mea teſtimonia tua dñe et dilexit ea vehementer.
Simile eſt regnũ celo Com̃. rũ homini negotiatori querenti bonas margaritas: inuẽta aũt una ꝑcioſa margarita dedit oĩa et cõparauit eã De pluribus virginibus: vl' una virgine Com̃.
Quinq; prudentes virgines acceperũt oleum in vaſis ſuis cũ lampadib⁹: media aũt nocte clamor factus eſt ecce ſponſus venit exite obuiã xp̃o dño
De una virgine ꝛ marti.
Hec nos dñe Compl'. gr̃a tua q̃ſumus ſemꝑ exerceat: ut ꝛ diuinis iſtaurret corda nr̃a miſterijs: ꝛ

ſacte. N. virginis ac martiris tue ꝯmemoratiõe letificet. Per dñm no. De una virgine nõ martire.
Auxilientur Compleñ. nobis domĩe ſumpta miſteria: et intercedente beata. N. virgine tua ſempiterna nos protectione cõfirment P dñm. De pluribus virgini. Cõpl'.
Satiaſti dñe familiã tuam munerib⁹ ſacris: ſãctarũ q̃ſum⁹ interceſſione virginũ tuaꝝ nos ꝓtege ut quarũ gaudem⁹ meritis ꝛ honoribus: eaꝝ ubiq; interceſſiõibus ꝓtegamur. P d. Ite miſſa eſt d'. vel Bñdicamus dño ſcd̃m exigentiã. Item de virgine et martire una die, ſeruandis Aut virgine ꝛ cõfeſſore una die ſeruandis Seruabitur Introitus et Officium miſſe cũ Collecta Secreta ꝛ Complenda per totum ut habetur ſupra ꝑxime in cõmuni confeſſorum in fine.

# In dedicatione eccleſie.

**Introitus**

Terribilis ē locus iſte: hic dom⁹ dei ē ⁊ porta celi ⁊ vocabit aula dei tpe paſcali all'a ps̄ Dñs regnauit decorē indutus eſt: indutus eſt dñs fortitudinem et precinxit ſe virtute Glřa pri ⁊c dicit Glřa in ex.

**Colł.** Deus qui nobis per ſingulos annos huius ſancti templi tui ɔſecrationis reparas diem: ⁊ ſacris ſemp miſterijs repñſentas icolumes exaudi p̄ces populi tui: ⁊ p̄ſta: ut quiſquis hoc tēplum bñficia petiturus ingreditur: cūcta ſe impetraſſe letetur. Scda colł. erit de ſācta trinitate vel tpe paſcali Deus q̄ nos reſurr. ut s̄ fo. cxxxix. ſub una ɔcluſione. Lcō lib. apocalipſis beati Johānis apłi

In diebus illis. Vidi ciuitatē ſanctā hieruſalem nouā deſcendentem de celo: a deo paratā ſicut ſponſam ornatā viro ſuo. Et audiui vocem magnā de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cū hominibus: et habitabit cū illis Et ipſi populus eius erūt. et ipſe deus cum eis erit eoꝝ deus Et abſterget deus omnē lachrimā ab oculis eorū et mors ultra nō erit Neqꝫ luct⁹: neqꝫ clamor: neqꝫ dolor erit ultra. q̄ prima abierūt. Et dixit qui ſedebat ī throno. Ecce noua facio oīa

**Graduale.** Locus iſte a deo factus eſt ieſtimabile ſacramentū: irrep̄henſibilis ē. ℣ Deus cui aſtat angelorū chorus exaudi preces ſeruorū tuorum All'a. ℣ Vox exultatiōis ⁊ ſalutis i tabernaculis iuſtorū.

**Seqū.** Pſallat eccleſia mater illibata et virgo ſine ruga honorē huius eccleſie Hec dom⁹ aule celeſtis probat particeps. In laude regis celorū et cerimonijs. Et lumine cōtinuo emulans ciuitatē ſine tenebris. Et corpora i gremio

cōfouens aīarū que in celo vi-
uūt. Quā dextera ꝓtegat dei.
Ad laudē ipſius diu Hic no
uā ꝓlem grā parturit fecunda
ſpūſācto Angeli ciues viſitat
hic ſuos ⁊ corpꝰ ſumitur iheſu
Fugiunt uniuerſa corpis no
cua. Pereunt peccatricis aīe
crimia. Hic vox leticie ꝑſonet
Hic pax et gaudia redundat.
Hac domo trinitati laus et
glīa ſemꝑ reſultāt. S. Lucā
N.i.t.D.i.d.ſ. Non eſt ar
bor bona q̄ facit fructus
malos: neqȝ arbor mala
faciēs fructū bonū. Vna
queqȝ eñi arbor de fructu
ſuo cognoſcit. Neqȝ eñi
de ſpinis colligunt ficus
neqȝ de rubo vindemiāt
uuā. Bonus hō de bono
thezauro cordis ſui ꝓfert
bonū. ⁊ malꝰ hō de malo
thezauro ꝓfert malū. Ex
abūdantia eñi cordis os
loquit. Quid āt vocatis
me dñe dñe: ⁊ nō facitis q̄
dico. Oīs eñi q̄ venit ad
me. ⁊ audit ſermones me
os ⁊ facit eos: oſtendā vo
bis cui ſimilis ſit. Simīs
eſt homini edificanti do
mū qui fodit in altum: ⁊
poſuit fundamentū ſupꝑ
petrā. Inundatiōe autē
facta: illiſum ē flumē do-
mui illi: et nō potuit eam
mouere. Fundata eñi erat
ſupra petrā. Credo dicit
Domine deus in ſim- Off.
plicitate cordis mei letus ob-
tuli uniuerſa et populum tuū
qui repertus eſt vidi cū ingēti
gaudio deꝰ iſrael cuſtodi hanc
volūtatem tpe paſcali alla
Annue q̄ſumꝰ Secreta
dñe ꝑcibus noſtris: ut q̄-
cūqȝ intra tēpli huius cu
ius anniuerſariū dedica
tionis diē celebramꝰ am
bitum cōtinemur: plena
tibi atqȝ ꝑfecta corporis
et aīe deuotiōe placeamꝰ:
ut dum hec preſentia mu
nera reddimus: ad eter-
na gaudia te adiuuante
ꝑuenire mereamur. Alia
et Prefa. de trinitate vel
reſurrectione ſcd̄m exigē
tiam temporis. Com.
Domꝰ mea domꝰ orōis voca
bit dicit dñs: ⁊ ea oīs qui petit

accipit et qui querit inuenit et
pulſanti aperiet'. tꝑe paſcali
alleluia alleluia Compl'.
Deus qui eccliam tuam
ſponſam vocare digna-
tus es: vt que habet gra-
tiã ꝑ fidei deuotionẽ: ha-
beret etiã ex noĩe pietatẽ.
da vt oĩs hec plebs nomi
ni tuo ſeruiens hui⁹ voca
buli conſortio digna eſſe
mereat' et eccleſia tua i tẽ-
plo cui⁹ ãniuerſarius de
dicationis dies celebrat'
tibi collecta te timeat: te
diligat: te ſequat'. vt dũ
iugit' ꝑ veſtigia tua gra-
ditur: ad celeſtia ꝓmiſſa
te ducente ꝑuenire merea
tur. Alia de trinitate vel
reſurrectiõe. ſcdm tẽpus
De dedicatione altaris.
Dixit dñs ſer Intro.
mones mei quos dedi
in os tuũ nõ deficiẽt de ore tuo
adeſt eñi nomẽ tuũ et munera
tua accepta erunt ſuper altari
meo ps Miſericordias dñi in
eternũ cãtabo. Gl'a pri ꝛc. vr
Gloria in excel. Coll'.
Deus qui inuiſibiliter

oĩa ↄtines: ⁊ tamẽ ꝓ ſalu-
te generis humani ſigna
tue potẽtie viſibilit' oſtẽ-
dis: altare hꝫ potentia tue
inhabitationis illuſtra:
vt oẽs qui huc deprecatu
ri ↄueniũt: ex quacũqꝫ tri
bulatione ad te clamaue
rint: ↄſolatiõis tue bene-
ficia ↄſequãtur. P dñm.
Secũda Coll'. de trinita-
te vel reſurrectiõe. Lectio
libri apocalipſis bti Jo
In diebus il hãnis apli.
lis Factũ eſt ſilentiũ in ce
lo quaſi media hora. Et
vidi ſeptem angelos ſtã-
tes in conſpectu dei. Et
date ſunt illis ſeptem tu-
be. Et alius angelus ve-
nit et ſtetit ante altare ha
bens thuribulum aureũ
Et data ſunt ei icẽſa mul
ta: vt daret de orationi-
bus ſanctoꝝ omniũ ſuꝑ
altare aureũ: qđ eſt ante
thronũ. Et aſcẽdit fum⁹
incenſorũ de oratiõibus
ſctõꝝ: de manu angeli co
rã deo. Et accepit angel⁹
thuribulũ: et impleuit il-

lud de igne altaris: et mi
ſit in terrā Et facta ſūt to
nitrua ⁊ voces ⁊ fulgura
et terremotus magnus.
Exultabūt ſancti in **Grad.**
gloria letabūtur in cubilibus
ſuis. ℣ Cantate dn̄o canticū
nouū: laus eius in eccleſia ſāc-
torū. Alla. ℣ Vox exultatio
nis et ſalutis in tabernaculis
iuſtorū **Scd̄m Lucam.**
In illo tpe. Egreſſus ihs
perābulabat hiericho. Et
ecce vir noīe zacheꝰ: et hic
erat princeps publicano
rū: et ipſe diues. Et quere
bat videre iheſum q̄s eſſz
et non poterat pre turba
qꝛ ſtatura puſillus erat.
Et ꝓcurrens aſcēdit ī ar-
borē ſycomoꝝ vt videret
eum. qꝛ inde erat trāſitu-
rus. Et cū veniſſet ad lo-
cū: ſuſpiciens ihs vidit il
lū: et dixit ad eū. Zachee
feſtinans deſcende. qꝛ ho
die in domo tua oportet
me manere. Et feſtinans
deſcendit: ⁊ excepit illum
gaudens. Et cū viderent
oēs murmurabāt dicen-
tes ꝙ ad hoīem pctōrē di
uertiſſet. Stās āt zacheꝰ
dixit ad dn̄m. Ecce dimi-
diū bonoꝝ meoꝝ dn̄e do
pauperibꝰ: ⁊ ſi q̄d aliquē
defraudaui reddo q̄dru-
plū. Ait ihs ad eū. Quia
hodie ſalus domui huic
facta eſt: eo ꝙ ipſe filiꝰ ſit
abrahe. Venit enī filius
hoīs q̄rere et ſaluū facere
q̄d perierat. Credo **dicit.**
Stetit angelus **Offerto.**
iuxta aram templi habēs thu
ribulum aureum in manu ſua
et data ſunt ei incenſa multa.
et aſcendit fumus aromatum
in cōſpectu dei alla. **Secre.**
Omnipotens ſempiter-
ne deus altare hoc nomi
ni tuo dedicatū: celeſtis
virtutis benedictiōe ſanc
tifica: et oībus in te ſperā
tibus auxilij tui munus
oſtende: vt hic ⁊ ſacramē-
torū virtus: ⁊ votoꝝ ob-
tineat effectus. Per dn̄m.
**Alia ⁊ Prefatio de trini-
tate vl' reſurrectiōe Com.**
Paſſer īuenit ſibi domū ⁊ tur
tur nidū vbi reponat pullos